a P *Alter. Adhiberi.* vt infra de teſta.l.ad teſtium.in princ.& inſti.de teſta.§.pater.Accurſius.

EX eo.] CASVS. Quæritur,an mulier poſſit eſſe teſtis in cauſis.Et dicitur quòd ſic.quod probat argumēto ſumpto à cōtrario: quia prohibetur damnata publi.iudicio: ergo nō cōdemnata non prohibetur. Viuianus.

b *Mulierem.* vt &.ſ.e.l.iij.§.lege. in eo quod dicit,damnatum publico iudicio repelli.& facit.ſ.eo.l.ſcio.

c *Colligitur.* ſcilicet à contrario ſenſu : quod eſt bonum arg.vt.ſ.de offi.ei⁹ cui mā.eſt iuriſ.l.j.§.huius rei.& hîc.

d *Ius habere.* excepto teſtamento: vt infra de teſta.l.qui teſtamento.§.mulier.

INuiti teſt.] CASVS. Quatuor pſonas nō cogēdas ferre teſtimonii dicit : primò quòd ille qui conduxit pub. vectigal. Itē qui eſt in itinere cauſa religionis.Item qui conducit annonam exercitui.Itē pupillus.

e *Publicani.* qui conducunt publica vectigalia,& exigunt: vt.ĵ. de publica.l.j.§.j.

f *Aberit.* cauſa religionis.Azo.

g *Conduxerit.* ſcilicet equos vel plauſtra quę conducunt annonam exercitui.

h *Sed nec pupillis.* not. pupillū non poſſe eſſe teſtem: vt hîc, &.ſ.e.l.iij.§.lege. & hoc in ciuili cauſa. in criminali etiā pubes non poteſt: niſi ſit maior.xx.an. vt ĵ.l.proxi. Fallit autē in crimine læſæ maieſtatis: vbi etiam pupillus admitti videtur,& torquetur ſi opus eſt: vt.ĵ.de quæſtio.l.de minore.in prin.Item videtur fallere,ſi eſt proximus pubertati,& doli capax: vt.ĵ.de lib.cau.l.fin.Sed non erit per hoc teſtis: ſed faciet aliquod iudicium: imò ibi pro obligando.

✝Vide ī hūc locū Gell.li.6.Noct. Attic.cap.7.

* Sic Fl.ſed in vulg.& in meo manuſ. eſt prębēdā. Gel autē lib.5 c.4. præbēda plura.nu. dixit. atque ideò ſic legendum.hîc Alc.poſt Bu. cōtendit li.2.parer.c.43.

✝Græci θηριομάχον vocant, qui in arena cū beſtiis pugnabat,quidā & beſtiarium.

teſtamēto vel eodem negotio fieri poſſunt: quoniam nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi. a

XVIII. PAVLVS *libro ſecundo de Adulteriis.*

EX eo quod prohibet lex Iulia de adulteriis, teſtimonium dicere cōdemnatam mulierem, b colligitur c etiam mulieres ✝ teſtimonii in iudicio dicendi ius habere. d

XIX. VLPIANVS *libro octauo de Officio Proconſulis.*

INuiti teſtimonium non dicunt publicani: e item is qui nō detractādi teſtimonii cauſa aberit: f item is qui quid exercitui præbēdum * conduxerit. g Sed nec pupillis h teſtimonium denuntiari poteſt.

XX. VENVLEIVS *libro ſecundo de Iudiciis Publicis.*

IN teſtimonium accuſator citare non debet i eum qui iudicio publico reus k erit, aut qui minor viginti annis l erit.

XXI. ARCADIVS, *qui & Chariſius, libro ſingulari de Teſtibus.*

OB carmen famoſum damnatus, inteſtabilis m fit. Illud quoque incunctabile eſt, vt ſi res exigat, nō tantū priuati,ſed etiam magiſtratus, n ſi in præſenti ſint, teſtimonium dicant. Item ſenatus cenſuit, prætorem teſtimoniū dare debere in iudicio adulterii cauſa. Si ea rei conditio o ſit, vbi harenariū ✝ teſtē, vel ſimilē perſonā admittere cogimur, p ſine tormētis teſtimonio ei⁹ credēdū nō eſt.

IN teſtimonium.] CASVS. Accuſatus de publico iudicio,nō poteſt in teſtamento eſſe teſtis.Item minor.xx.annis non poteſt eſſe teſtis in publico iudicio.

i *Non debet.* id eſt non deberet facere citari. ſic ſupra de his qui no.infa.l.furti.§.mandati.

k *Reum.* i.accuſatus.ſic ponitur.ĵ.de acqui.here.l.Pānoni⁹.§.rei.

l *Viginti annis.* hoc in criminali: vt ſupra.l.proxi.dixi.

OB carmen.] CASVS. Infamauit Titius aliquem,faciendo de eo libellum famoſum: vnde infamatus accuſauit Titiū de iniuria,& fecit damnari: & ſic infamatus non poterit amodò eſſe teſtis.[SI EA.] An in crimine maieſtatis admittātur infames, & ſimiles,qui aliàs repelluntur: certè nō.[SI TESTES.] Egi cōtra Titium ad.c.produxi teſtes: & reus etiā produxit: & omnes concordant inter ſe,teſtes actoris cum teſtibus rei.dicit ſequendos honeſtiores,& qui verius videntur dicere. Viuianus.

m *Inteſtabilis.* vt.ĵ.de iniur.l.lex Cornelia.§.ſi quis liberum.nec ergo dicat,nec dicatur teſtimonium ei: vt.ĵ.de teſta.l. cum lege. Io.nec teſtamentum facere poteſt: vt.ĵ.de teſta.l.is cui.§.ſi.Io.

n *Magiſtratus.* qui nō ſunt iudices in illa cauſa. nā ſi iudicaturus eſt,nō admittitur: ſed qui fuit cognitor, ad teſtimoniū vocādus non eſt: vt in decretis.ij.q.vj.c.ſtatuendū.ſecundū Azo. in ſumma: licèt Pla.nihil dixerit ſe legiſſe.ſed tu potes dicere contra in ſecundo caſu: vt.C.de arbi.l.antepe.Accurſius.

o *Rei conditio.* id eſt cauſæ.

p *Cogimur.* vt in crimine læſæ maieſtatis, vbi omnium eſt exæquata conditio: vt.C.ad.l.Iul.ma. l. nullus. &.ĵ.de quæſtio.l.ex libero. ĵ. reſpon. [illegible] ĵ.&.l.vnius.§.iij.Accurſius.

q *Teſtimonia.* in [illegible] pro eadē parte cōſentiētia: ſiue vtriuſque partis ſint,ſiue vni⁹, cū altera non produxit.

Hic eſt ſolēnis.§. & ſæpe occurrit in interdicto turbatæ poſſeſſionis.hoc tamē intellige ſiue ab eadem parte, ſiue à diuerſis producantur. ſtatur enim potius dignitati,quàm numero. quod intellige,niſi in numero ſit magnus exceſſus: vt extra eo.c.in noſtra. vbi gloſ.Bartolus.

Si teſtes omnes eiuſdē honeſtatis & exiſtimationis ſint, & negotii qualitas,ac iudicis motus cum his cōcurrit : ſequēda ſunt omnia teſtimonia. q Si vero ex his quidā eorum aliud dixerint,licèt impari numero, r credendū eſt,ſed quod naturæ negotii cōuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ ſuſpicione caret : cōfirmabitque iudex motū animi ſui ex argumētis & teſtimoniis, & quæ rei aptiora, & vero proximiora eſſe compererit. Non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem,& teſtimonia quibus potius lux veritatis adſiſtit. ſ

Hæc. l. poteſt legi duob. modis: vno modo ſecundū gl. alio modo ſecūdū Iac.Butri. & eſt.l.multùm notab. & neceſſaria, quæ talis eſt: quod ſi vult aliquis facere teſtamentum, & veniētes ab inteſtato non patiuntur venire notariū: tūc iudex ire debet, vel mittere notarium. vt poſſit teſtari. Barr.

XXII. VENVLEIVS *lib.2.de Offic. Procōſ.*

CVrent magiſtratus cuiuſque loci * teſtari volentibus & ſeipſos t & alios teſtes vel

r *Impari numero.* intellige quando ex vna eademque parte duo dicunt vnū: tres vel quatuor dicunt aliud.nam creditur dignioribus. ſecus ſi à diuerſis partibus, quia tūc maiori numero creditur: vt.ſ.e.l.iij.§.j.& ſic eſt vna dictio,impari. Vel dic etiā ſi à diuerſis partib. producātur, credi honeſtioribus, & ſeruari quod hîc dicit. &. d. l. ſ.eo. loquitur quando æquales erant.aliàs tātùm ſtatur numero maiori: vt arg.ſ.de pact. l. maiorē. In inſtrumentis autem non ſtatur alicui, ſiue ab eadē parte, ſiue à diuerſis partibus proferantur, ſecūdum Io.vt.C.de fi. inſtru.l.ſcripturæ.Sed Azo dicit (quod eſt verius)idem in ſcripturis à diuerſis partib. prolatis : ſecus ſi ab eadē: quia tunc poteſt prouidere ne producat cōtraria, quod non eſt in teſtib.&c.Accurſius.

ſ *Aſſiſtit.* vt & ſupra de proba. l. cū de ætate.&.C.e. l. iuriſiurandi.Et no. hîc quòd varietas locorum reprobat teſtes: vt in Daniele & Suſanna.Itē tēporis,vt in decretis.iij. q. ix.nihilomin⁹ &.xxxv. q.vj.c.de parētela.hoc determinat Io. vt tunc habeat locum, quādo de certo tempore eſt quæſtio: quod exigitur ad alicuius facti exiſtentiam: vt ſi dicatur vno cōtextu factū eſſe teſtamentū.aliàs ſecus: vt ſi dicam quòd poſſederim, & inducam plures teſtes : vnus dicat, ego vidi eum poſſidere per annum,alij per alium,& ſic de cæteris : eorum teſtimoniū tenet: quia hoc ſolùm quæritur,an poſſederim , quod omnes teſtes dicunt: & ſuper eo ſolo de quo eſt cōtrouerſia,inducēdi ſunt teſtes: vt ſupra de pet.here.l.ſi quis libertatē.in fi.& ſupra de proba.l.ſi arbiter.§.quotiens.&.l.in omni.&.ſ.de ædil. edic.l.j.§.cauſa eſt.&.C.de iur.& fac.ign.l.cùm falſa. ſed de hoc ſolo contenditur,an poſſederim.hoc autem omnes dicunt: vnde eorum teſtimonium tenet.nec enim quæſtio eſt,an illa vel illa die poſſederim,ſecundum Ioan.

CVrent.] CASVS. Habeo teſtes cōtra Titiū, qui vidētur mori. peto à iudice vt eos recipiat.etiā ante litē cōte.debet iudex adeſſe, & recipere,& facere ſcribi eorū dicta corā teſtibus.Viu.

t *Seipſos.* not.iudicē debere adeſſe quādo in ſecreto teſtes interrogātur: vt & ar.in auth.vt defun.ſeu fu.§.illud. coll.v.ſed quod ſubiicit ꝙ teſtes debēt adhiberi,eſt mirū . quare dic ꝙ debēt intereſſe iuramēto teſtiū,nō autē dicto: vt.C.e.ſiquādo. Vel dic ꝙ quādo tabellionē nō habet,qui eorū dicta ſcribat,tūc faciet eos dicere corā teſtib.ſi autē habet,tunc ipſe ſcribat: vt hîc ſubiicit, vel ſignatores &c.iſta ergo lex locū habet poſt litē cōteſtatā. nā tūc producūtur teſtes.ſed & antè poteſt locū habere,ſi non eſt in poteſtate producētis litē cōteſtari: vt quia reus vel etiā actor: cū teſtes debeāt recedere,vel citò mori: vt.ſ.ad.l.Aquil.l.in lege. & in authen.de teſtib.§.& hic verò.col.vij.Accurſius.

* i.teſtatione quācunque facere etiā inter viuos,& ſine mortis cogitatione: nam vt errāt qui ad teſtamētū duntaxat, ita & qui ad ſolas inter viuos teſtationes id referunt. vbi dicet verbū ſignatores, quod ,ppriè ad teſtamentarios teſtes, teſte Iſidoro pertinet.

ſignatores præbere, quò facilius negotia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit.

XXIII. IDEM *libro primo de Iudiciis Publicis.*

PRoduci[a] † teſtis is nō poteſt, qui antè in eum reū teſtimonium dixit.

XXIIII. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

TEſtes eos quos accuſator de domo[*] produxerit, interrogari non placuit.[b]

XXV. ARCADIVS, *qui & Chariſius, libro ſingulari de Teſtibus.*

MAndatis † cauetur, vt præſides attēdant, ne patroni in cauſa cui patrociniū prǫſtiterūt,[c] teſtimonium dicant. quod & in executoribus[d] negotiorum obſeruandum eſt.

## DE IVRIS ET FACTI ignorantia.

### TITVLVS VI.

I. PAVLVS *libro quadrageſimoquarto ad Edictum.*

IGnorantia, vel facti vel iuris eſt. Nam ſi quis neſciat deceſſiſſe eū, cuius bonorū poſſeſſio defertur, nō cedit[e] ei tempus. Sed ſi ſciat quidē defunctū eſſe cognatū, neſciat autē proximitatis nomine bonorum poſſeſſionē ſibi deferri: aut ſe ſciat ſcriptū heredē, neſciat autē quod ſcriptis heredibus bonorū poſſeſſionem prætor promittit, cedit ei tēpus: quia in iure errat. Idē eſt ſi frater cōſanguineus defuncti credat matrē potiorē eſſe.[f] Si quis neſciat ſe cognatū eſſe, interdū in
B iure, interdū in facto errat. nam ſi & liberū ſe eſſe, & ex quibus natus ſit ſciat,[g] iura autē cognationis[h] habere ſe neſciat: in iure errat. At ſi quis fortè expoſitus, quorum parentū eſſet ignoret, fortaſſe & ſeruiat alicui, putans ſe ſeruū eſſe: in facto magis quàm in iure errat.[i]

Itē ſi quis ſciat quidē alii delatā eſſe bonorū poſſeſſionem, neſciat autē ei tēpus prǫteriiſſe bonorum poſſeſſionis: in facto errat. Idē eſt ſi putet eū bonorū poſſeſſionē ac-
C cepiſſe.[k] ſed ſi ſciat eū nō petiſſe, tēpúſq; ei præteriſſe,[l] ignoret autē ſibi ex ſucceſſorio[m] capite cōpetere bonorū poſſeſſionē: cedet ei tēpus, quia in iure errat. Idem dicemus[n] ſi ex aſſe heres inſtitutus, non putet ſe bonorum poſſeſſionē petere poſſe antè apertas[o] tabulas. quòd ſi neſciat eſſe tabulas.[p] in facto errat.

---

a PRoduci.] Quatuor modis poteſt intelligi. Primò vt dicas, nō poteſt producere pro ſe eum, qui prius cōtra ſe teſtimoniū dixit: quia præſumitur eſſe teſtis redemptus. ſed hoc in eadem cauſa: ſecus in alia cauſa: vt. C. eod. ſi quis teſtibus. vel dic vt ibi. Secundò nō poteſt produci qui antè dixit reum. i. malū teſtimoniū in alia cauſa: quia qui ſemel eſt malus, p̃ſumitur & poſtea: vt. j. de accu. l. ſi cui. §. iiſdē Tertiò, ꝙ nō poteſt ꝓduci poſt didicita teſtificata: vt in authen. de teſti. §. quia verò. & ſic loquitur ſecundū iura noua: licèt arg. ſit contra. j. de quæſtio. l. repeti. Quartò, vt nō poſſit bis produci, etiā antè aperturā: vt ar. C. e. l. fi. §. ſinautē. Ioā. & ſecundū hoc dic reum. i. accuſatū vel conuentū primò, tertiò, & quartò: ſed in ſecūdo dic. i. malū, vt à iudice vocat⁹ aliquid immutet. Ac.

† Bu. hic legit produci. i. familia, poteſtate. vnde domeſticū teſtimonium.

* Vide Fraſ. Chil. 2. Cēt. 3. pro. 6.

† Concord. quod notatur in canone, ſtatuendū eſt. 2. q. 6.

b TEſtes. Non placuit. qui ſunt domeſtici teſtes, colligitur C. de his qui ad Eccle. confu. l. fi. §. ſane. & . C. de quæſtion. l. pridē. & j. de pœnis. l. reſpiciendū. §. furta. Azo. & iſti non debēt admitti: vt hîc, & . C. e. l. etiā. Acc.

MAndatis.] CASVS. Habeo cōtra Titiū cauſam: nō potero aduocatū meū producere in teſtē: itē neque procuratorē vel tutorē qui negotiū meum perduxit ad finē. Viu.

c *Præſtiterunt.* i. præſtare cœperūt eūdo corā iudice. aliàs ſi præſtitiſſet vſq; ad finē cauſæ, ad quid præſtaret teſtimoniū? certè ad nihil. Quid ſi nōdum præſtiterūt, tamē patrociniū cœperūt præſtare cōueniēdo de ſalario, vel paratus erat prǫſtare? Reſpō. bene debet admitti etiā ad poſtulationē ſuæ partis, cū hæc lex nō repellat eū. aliud eſt enim in eo qui præſtitit patrociniū, q̃ in eo qui non præſtitit: quia ille more corrupti teſtis notā euadere nō poteſt: vt. C. de aſſeſ. l. fi. in fi. Itē quid ſi præſtitit, & altera pars cōtra quā præſtitit, poſtulet eū in teſtē? Reſpō. eū cogēdū: quia qđ dicitur hîc, nō dicitur niſi reſpectu ſuæ partis. i. ne poſtulāte ſua parte audiātur. ſ. prædicta ratione, ne more &c. hîc autē ceſſat ille timor, & illa ratio: quia & illa generalis habet locū, quæ eſt. C. de leg. & con. l. quod fauore. & ſunt hæc vera maximè ſi non ſumpſit aduocationem, ne cogeretur ad teſtimoniū: vel ſi ei antè aduocationem vel poſtea incontinenti ſit denuntiatum ne aduocet: vt. j. ad. l. Iul. de adul. qui vxori. & infra quod vi aut clam. l. j. §. ſed & Ariſto.

d *In executoribus.* i. apparitoribus negotiorū, ſecūdū quoſdā. ſed Io. dicit executores. ſ. ſyndicos, tutores, & curatores, & ſimiles: cū vt domini de calūnia iurēt in cauſa. In procuratore contra, ꝙ poſſit eſſe teſtis, cū nō iuret: ar. in auth. eo. §. quoniā verò. & de fi. inſtru. §. ſi verò. aliud in iudicib. qui modo horū negotiorū non ſunt iudices: vt. s̃. e. l. ob carmē. §. j. & facit. ij. q. vj. c. ſtatuēdū. Ac.

DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

*Quia in pœnis & factis & in cauſis ſæpe prætenditur error tā iuris quàm facti, ideò de eo ponit. & not. quòd quatuor ſunt quæ vidētur idem. ſunt tamen diuerſa, ſcilicet ignorantia, neſcientia, error & titubatio. Primùm ſumitur in mala parte, qui ſcilicet debet ſcire, & ignorat. vnde dicitur, qui ignorat, ignorabitur. neſcire in bona & in mala. nam omnis ignorans neſcit: ſed non conuertitur. ſic enim hæc dūo verba copulantur. C. per quas perſo. no. acquir. l. ſi duo. error autem eſt, cùm aliud eſt quàm credā. Quòd autē aliud ſit errare quàm ignorare. patet ex eo quod dicitur. ſi poteſt poſſeßio acquiri ignoranti, ergo erranti: vt infra de acqui. poſſ. l. ſi me in vacuā. §. primo. titubatio verò cū hinc inde, non duo diuerſa vel contraria ſcire videar: nec alicui eorum magis animum meū applico: vt. C. de condic. inde. l. fin. licèt autem in aliis ſit differentia inter prædicta quatuor, tamen quantum ad hūc tractatū*
A *non eſt differentia: nam omnia ad factum & ad ius referuntur.*

*Hic etiam eſt ex communibus titulis, & ſuperioribus multis applicari poteſt, vt puta cōdictioni indebiti, actioni mādati, actionibus empti vēditi & redhibitoriis. S. C. Macedon. S. C. Velleiano, in quibus de ſcientia & ignorātia frequens diſtinctio. Ignorantia iuris eſt ſtultitia ſiue error hominis neſciētis, verbi gratia legatis exhauſta vel onerata hereditate ſolida legata nō deberi. Ignorātia facti ſi neſciat codicillis adēpta legata. & iuris quidem ignorantia nocet, facti non nocet. quā regulā explicarem (eſt enim difficilis) niſi in alio præſtitiſſem loco iamdiu & niſi me paratitlorum reprimeret modus. Cuiacius.*

IGnorantia.] CASVS. Diuidit ignorātiā: quia alia facti: & hæc excuſat, id eſt non nocet. alia iuris: & hæc nō excuſat, id eſt hæc nocet. de primo datur exemplum: Deceſſit agnatus meus. vſque ad centum dies debeo petere bonor. poſſeſſ. certè ſi ignoro factū, id eſt, eum eſſe mortuum: non currūt mihi centum dies. Secundò dicit tria: vt ecce retento eodem caſu, ſcio mortuū, ſed neſcio ꝙ lex deferat agnatis. certè currūt cētū dies. vel ſcio factum. ſ. me ſcriptum: ſed neſcio ꝙ ſcriptis heredib. detur ſecundū tabulas vſq; ad c. dies. certè cedit tempus. Idē in tertio: quia credo matrē vel alium mihi præferri in hereditate fratris. [SI QVIS.] Plana ſunt ſex reſponſa ſequentia.

e *Non cedit.* vt & . C. qui admit. ad bo. poſ. l. bonorum.

D f *Potiorem eſſe.* loquitur ſecundū ſua tempora: vt inſti. ad Tertul. §. j. Sed hodie nouo iure non erraret: quia omnibus ex latere venientibus præponitur, exceptis fratribus ex vtroque parente cōiunctis, qui cum ea admittuntur: vt in auth. de here. ab inteſta. §. conſequens. & in auth. vt fra. filij. §. j.

g *Natus ſit ſciat.* & ex quibus alius ſit natus: vtputa ſcio patrem tuum fuiſſe fratrē patris mei: ſed puto non ideò te fuiſſe cognatum: & ſic de cæteris. Azo.

h *Cognationis.* id eſt cognationem: & per conſequens ius ſuccedendi: vt differat à. ij. reſpon. huius. l.

i *Errat.* ergo cùm quæritur, an mea ſit res: interdum de facto, interdum de iure quæritur. Accurſius.

k *Accepiſſe.* cùm repudiauit. Azo.

l *Præteriſſe.* ſcilicet ſciat.

m *Succeſſorio.* quod habet locū quādoq; de capite in caput, vt cognati poſt agnatos: vt. j. ſi tab. teſta. nul. ex. l. j. Item eadē perſona
E ſibi ſuccedit de capite in caput: vt qui excluſus eſt ab vnde liberi, idē admittatur ad vnde agnati: & ſi in hoc deficiat, admittitur ad vnde cognati: vt. j. de ſucceſ. edic. l. j. §. ſed vidēdū. tertio modo de gradu in gradum: vt primò filius, ſecundò nepos, & ſimiliter de aliis ordinibus: vt. j. de ſucceſ. edic. l. j. §. quibus.

n *Dicemus.* ſcilicet vt currat ei tempus.

o *Ante apertas.* not. inſtitutū poſſe adire antè apertas tabulas, ſi modo in ſolidū ſit inſtitutus: aliàs ſec⁹, niſi ſit filius in poteſtate: vt hîc, & . C. de cadu. tol. §. cùm igitur. & . C. de iure deli. ſi fratris. ſed conſtat hodie etiam ex parte inſtitutum poſſe antè apertas tabulas adire, per. d. l. C. de cadu. tol. §. in nouiſſimo. Accurſius.

p *Neſciat eſſe tabulas.* in quibus ſit inſtitutus. hac ergo prima lege colligitur hæc diuiſio, ignorantia alia iuris, alia facti: vt plenè dices infra eo. l. regula. Accurſius.

IN omni parte.] CASVS. Proponit regulā ꝙ error facti excuſat, iuris non. eſt ratio: quia ius finitū habet principiū, ſcilicet inſtitutiones:

ſtitutiones.& finem.ſ.codicem:vt in prooemio Digeſt.ſed facta ſunt infinita.& dat exempla,quæ habes.ſ.l.proxi.in prin. vſque ad finem.Viuianus.

II. NERATIVS *libro quinto Membranarum.*

IN omni parte[a] error in iure nō eodem loco[b] quo facti ignorātia haberi debebit, cùm ius finitum[c] † & poſſit eſſe,& debeat:facti interpretatio[d] plerumque etiā prudentiſſimos fallat.

III. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

PLurimum intereſt,vtrum quis de alterius cauſa[e] & facto[f] non ſciret, an de iure[g] ſuo ignorat.[h] Sed Caſſius ignorantiā Sabinum ita accipiēdam exiſtimaſſe refert, non deperditi & nimium ſecuri[i] hominis.

IIII. IDEM *libro tertiodecimo ad Sabinum.*

IVris ignorantiā[k] in vſucapione negatur prodeſſe : facti verò ignorantiam prodeſſe conſtat.

V. TERENTIVS *Clemens libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

INiquiſſimum videtur,[l] cuiquā ſcientiam alterius quàm ſuam nocere, vel ignorantiam alterius alii profuturam.

VI. VLPIANVS *libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

NEc ſupina[m]* ignorantia ferenda eſt factum[n] ignorantis, vt nec ſcrupuloſa[o] inquiſitio exigenda. Scientia enim hoc modo æſtimanda eſt,vt neque neglegentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit, neq; delatoria[p] curioſitas† exigatur.

VII. PAPINIANVS *libro nonodecimo Quæſtionum.*

a *In omni parte*.ſcilicet iuris:vt in contractu,vel quaſi: vel maleficio,vel quaſi:& pone exempla vt.ſ.eod.l.j.&.j.eo.l.iuris. &.l. error.&.l.regula. & vt ſit perpetuū quod hîc dicitur, dic loqui etiā in genere ſingulorum, & non in ſingulis generum. quandoque enim ſimilem locū habent hi duo errores ad excuſandum : vt. ſ. de iuriſd.om.iud.l. ſi quis id.§.doli. &.j.de adul. ſi adulterium cū inceſtu. §.j. vbi mulier excuſatur ab inceſtu errore iuris ciuilis,vel facti : vt. j. de re milit.l. qui cum vno.§.fi.Item vt ſimilis pœna imponatur:vt.C.vnde vi.l.ſi quis in tantam.&.ſ.ad l.Aquil.l. ſcientiam. §. qui cùm aliter.

† Quint.li. 12.c.3.

b *Eodē loco*.id eſt eodē effectu: quia magis eſt reprehēſibilis error iuris,quàm facti:cùm ius finitum &c.

c *Ius finitum*.de iure in ſcriptis redacto hîc loquitur, non de iuris æquitate:vt ſupra de legi.& ſe.con.l.non poſſunt.hoc autem ius principium habet & finem:vt inſtit.in prooemio.§.igitur. in fine.Accurſius.

d *Interpretatio*.id eſt ſcientia : ſed interpretatio verbi eſt aperta eius ſignificatio,& ſic facit apertè id ſcire.Accurſius.

P*Lurimum*.] CASVS. In alieno facto,item in qualitate alterius facti probabiliter erro:nō ſic in meo facto,vel mei facti ſeu negotij qualitate.vt ecce alienū factum probabiliter ignoro, vt agnatū meū deceſſiſſe.Itē qualitatē alieni facti: vt deceſſit teſtatus,vel inteſtatus:& ſic neſcio petā ſecūdū tab. vel ab inteſtato. interim ergo nō currit tēpus.c.dierū in petēda bon.poſ.qđ aliàs cederet:vt.ſ.l.j.&.C.qui admit.ad bo.poſ.l.quādiu. In meo verò facto nō eſt pbabilis:vt quia ego fullo permutaui aliud palliū pro alio:vt.ſ.locati.itē quęritur.§.ſi fullo.Itē in qualitate rei meæ:vt ſi velim reſcindere vēditiones quas feci,dicēs ꝙ neſciui qualitatē rei meæ:vt.C.de reſcin.ven.l.quiſquis.& ſic cauſa ponitur pro qualitate facti. Itē ꝙ ſubiicit,de iure ſuo,vel de qualitate.i.ſui iuris,vel rei ſui iuris,vel facti ſui.& hoc in prima.Secūdò dicit,ꝙ etiā ſi in alieno facto , vel alterius rei qualitate erro: nō iuſtè erro in caſu,vt ſi emo ſeruum alienū luminib.effoſſum, & credo eum ſanum:vt.ſ.de contrahen.empt.ea quę.Viuianus.

e *Cauſa*.cauſa appellatur ius,vt differat à facto . vel dic vtrunq; poni pro eodem,id eſt pro qualitate rei: quod poſtea vocat ius: vt.ſ.de iureiur.l.fi.eſt ergo in alieno facto vel qualitate tolerabili:ſed in ſuo non:vt hîc,&.j.pro ſuo.l.fi. in fi. &.ſ.ad Velleia. quāquam.& de loca.& cōdu.l.itē quæritur.§.ſi fullo. & de act. emp.l.tenetur.&.C.de reſcin.ven.l.quiſquis.&.ſ.ad Maced.l.fi. in caſu toleratur ignorātia ſui facti:vt in debito repetendo:vt.ſ. de condic.inde.ſed & ſi me.&.j.de pact.do.l.inter ſocerum.§.j.

Error in alieno facto toleratur &c.

f *Facto*. eſt factum alienum,vt.j.pro ſuo.l.fi.Item ſuum : vt. ſ. ad Velleia.quamquam.Item qualitas facti alieni:vt.ſ.de ædil.edic.l.j.§.cauſa ſui.&.C.de reſcin.ven.quiſquis. Item qualitas iuris alieni & ſui pendet ex primis duobus.

g *De iure*.vel de facto:vel qualitate rerum ſuarum:vt.d.l.quiſquis.C.de reſcin.ven.& ſupra de iureiur.l.fin.&.C.ſi contra ius vel vti.publi.l.ij.Accurſius.

h *Ignorat*.quod eſt in ſuo vel alieno,propter ignorātiam facti.

i *Securi hominis*.vt & infra eo.l. nec ſupina.

I*Vris ignorantiam*.] CASVS. Duas ponit regulas.Prima,quòd iuris error nō prodeſt vſucapere volēti:vt ſi emi à pupillo credens licere vendere.Secunda, quia facti prodeſt : vt quia credo vendentis eſſe,cùm ſit aliena.Viuianus.

k *Iuris ignorantiā*.not.hāc regulam:& pone exemplum, vt quia quis credebat ſibi licere emere à pupillo ſine tutoris auctoritate:vt.j.pro empto.l.ij.§.ſi à pupillo.&.j.de vſuca. l.nūquā. facti verò ignorantiā prodeſſe cōſtat:vt hîc ſubiicit:vt ſi credidit dominum eſſe vendentē:vt in contrario caſu:vt ar.j.eo.l.regula.§. qui ignorauit.melius,vt inſtitu.de vſuca.in prin.Huic regulæ in prima parte videtur derogari. ecce enim fructuarius ancillæ putans ad ſe eius partū pertinere iure vſusfru. ſi ita errando in iure vendidit & tradidit bona fid. vſucapio emptori accipienti procedit:vt inſti.de vſuca.§.itē ſi is.Sed reſpon.ibi non prodeſt ipſi ignoranti vel erranti,ſed alij,ſcilicet emptori. Dicet quis : ergo hoc eſt cōtrarium alij regulæ , alterius ignorantiam &c.ſicut infra eod.l.iniquiſſimū?Reſpon. ignorantia alterius per quem nō quæro , nec à quo cauſam habeo , mihi non prodeſt : at emptor à venditore cauſam habet. Item ſecundò derogari videtur,vt ſi vir vxori credēti ſibi poſſe donari, de iure donauit, vſucapit vxor:vt.j.pro dona.l.ſi vir vxori.Sed reſpōderi poteſt,quòd vxor cōſiderato genere errabat in iure.putabat enim omnem donationem inter virum & vxorem valere : ſed cōſiderata ſpecie illius donationis , non errabat in iure . erat enim res aliena quæ donabatur à viro:quæ , quia donator nō ſit pauperior,non reuocatur:vt infra de don.inter vi.& vxo.l.ſed ſi cōſtante.&.l.ſi ſponſus.§.ſi quis rogatus. Sed in ſecūda parte videtur derogari.nec enim cuiuſlibet facti ignorantia prodeſſet:vt ſi puto rem non eſſe furtiuam quæ eſt:vt inſti.de vſuca.§.quod autem.Sed reſponderi poteſt illud ideò contingere , quia lex inhibet vſucapionem:vt infra de vſuca.l.vbi lex.& not.quòd hæc.l. eſt filia illius infra eo.iuris.

* Concord. cū hac.l gl. ſuper ver.de facto. in fi. in ca.ab excommunicato. extra de reſcrip.

† l.curioſi. C.de curioſ. & ſtation.

I*Niquiſſimum*.] CASVS. Procurator meus mandato meo emit Stichum vitioſum ſeruum,me ſciente vitiū, ipſo procuratore neſciente.mea ſcientia ſibi non nocet quò minus redhibitoria agat:& ſua ignorantia mihi agere volenti non prodeſt : vt ſupra de ædil.edict.l.cùm mancipium.§.fin.Viuianus.

l *Iniquiſſimū videtur*.pone exēplum vtriuſq;.ſ.de ædil.edic.l. cū mancipiū.§.vlt.primæ parti & ſecundæ huius regulæ ob. ſecundū lr.quia per quos nobis acquiritur, eorū ſcientia nobis obeſt, & ignorātia prodeſt:vt.ſ.de cōtrahē.empt.l.in huiuſmodi.& de ædil.edic.l.cū mācipiū. Sed reſp.ꝙ non alij,ſed nobiſcum iidem videntur.Item ob ſecundæ parti.j.de libe.cau.l.liberis.§. ſi duo. Sed illud contingit ex delicto eius qui ſe vendebat : vt.ſ.de mino.ſi ex cauſa.§.Papi.Item ob.primæ parti:quia ſcientia venditoris nocet emptori rei mobilis ad vſuca. vt.j.de do.except.l.apud.§.de auctoris. Sed reſpond.ibi non tam ſcientia venditoris, quæ eſt vitium perſonale,quàm furti vitium,quod eſt reale,nocet:vt inſti.de vſuc.§.furtiuæ.aliud autem in immobilibus:vt inſti.de vſuc.§.quod autem.licèt hodie idem quod in mobilibus: in auth.vt ſpon.lar.§.rurſus.coll.viij.Item ob.quia ſcientia teſtatoris obſtat heredi:vt inſtitu.de vſuca.§.diutina.Sed reſpon.eadem perſona eſſe videtur:vt in authent.de iureiur.à mo.præ. §.j. col.v.Item ob.C.de epiſ.au.l.ſi legibus.Solu.vt ibi.

N*Ec ſupina*.] CASVS. Emebam ſeruum vitioſum: poſtea volo agere redhibitoria,vel quanto minoris . refert an fuerit vitium apparens:vt quia oculi erant effoſſi:& tunc nō poſſum: quia ſupinè ignoraui.an erat luſc⁹:quia videbatur videre:ita habebat pulchros oculos,ſed nō videbat.& tūc agere poſſum.Vi.

m *Nec ſupina*. exemplum ſupra de contrahen.empt.l.ea quæ. & infra.e.l.regula.§.ſed facti.Accurſius.

n *Factum*.ſcilicet alienum.Accurſius.

o *Scrupuloſa*.imò quandoque:vt.ſ.de in rem ver.l.iij.§. penult. ibi,curioſus ergo &c.Sed ibi ideò , quia alium ex alterius facto in ſolidum obligare voluit:vt.ſ.de exer.l.fin.Accurſius.

p *Delatoria*.id eſt ea maxima diligentia quam hi habēt qui ſoliciti ſunt ſemper inquirere de bonis vacantibus,vt ea poſſint deferre in fiſcum.Not.ergo ex hac.l.medium tenendum: vt ſupra ſi quis cau.l.ij.§.antepen.& ſupra de inſtito.l.ſed & ſi.§.proſcriptum.&.ſ.man.l.ſi fideiuſſor.§.ſi cùm debitor.in fin.

I*Vris ignorantia*.] CASVS. Emi à pupillo credens ei licere vendere:& ſic erro in iure:non poſſum vſucapere:vt ſupra.e.l.iuris.Secundò,ſoluo indebitum credēs me teneri ex inutili cōtractu.repeto condic.indeb.Viuianus.

7 IVris ignorantia[a] non prodeſt adquirere volentibus: ſuũ verò petentibus non nocet.

VIII. IDEM *libro primo Definitionum.*

ERror facti ne maribus quidem in damnis[b] vel compendiis obeſt:[c] iuris autem error nec fœminis in compendiis prodeſt.[d] Cæterùm omnibus iuris error in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet.[e]

IX. PAVLVS *libro ſingulari de iuris & facti ignorantia.*

REgula eſt,[f] iuris[g] quidem ignorantiam cuique nocere: facti verò ignorantiam non nocere. Videamus igitur in quibus ſpe-

a *Iuris ignorantia.* exemplum primæ partis ſume vt.j.de vſuca.l. nunquam.exemplũ ſecundæ ſume in indebito ſoluto per errorem iuris:vt ex ſtipulatu inter abſentes:vt differat à.l.ſeq.primæ enim parti ob.ecce enim bo.fi.poſ.hereditatis is eſſe videtur,qui errat in iure:& ſic non tenetur niſi in quantũ locupletior eſt:cũ malæ fid. teneatur etiã in eo in quo nõ eſt locupletior:vt.s.de peti. here.l.ſed & ſi.§.ſcire. &.l.item veniunt.§.cũ autem.Sed reſponderi poteſt ibi non prodeſſe in acquirẽdo, ſed in non perdendo:vtpote cùm teneatur reddere in quo locupletat⁹ eſt. ratione autẽ eius ĩ quo nõ eſt locupletior, nõ dicitur prodeſſe in acquirẽdo:ſed in nõ perdẽdo. Itẽ in ſecunda parte regulæ videtur derogari circa præſcriptiones quæ ſunt inducte ad rigorẽ cõſeruãdũ.ecce enim ſi neſciẽs mihi obſtare preſcriptionẽ.xxx.an.vel.x.vel.xx.vel triẽnij,tacui his ſpatiis in repetendo rẽ meã:poſtea nõ admittar, etiã ſi ignorantiã iuris prætẽdã:vt.C.de præſcr.xxx.an.l.ſicut.&.C.de præſcr.lõg.tẽp.l.fi. vel ſi diſtuli facere inuẽtariũ:vt.C.de iur.delib.l.fi.§.fi. ſed in his videor velle:vt.j.de ver.ſig.l.alienationis.vel ſi per bienniũ diſtuli ſoluere debitũ canonem:vt.C.de ſacroſan.eccle.auth. qui rem. Idem eſt ſi rem meam quã alius poſſidet,puto mihi licere auferre.nam nihilominus punior:vt inſti.vi bo.rap.§.j.& idẽ quando cõtra præcepta legum quis comparat. nec enim prætextu ignorantiæ effugiet pœnas:vt ſi emit rem Eccleſiaſticam illicitẽ, vel aſſcriptitios ſine terra:vt.C.de ſacroſanc.eccl.authen.qui res. & j.de agri.& cenſi.l.quemadmodum,atq; in his eſt delictum, nõ ſolùm iuris ignorantia:ſicuti fuit ſupra in inuadente.Accurſius.

ERror facti.] CASVS. Si errore facti credens me debere, puta cum ſeruo meo promiſſum eſt,qui non erat ſoluẽdo,repeto condic.indebi. Item in compendiis non nocet,vt ſi ignoraui deceſſiſſe agnatum meum:vt.s.l.j.vel quia credo rem quã emo eſſe vendentis,vt ſupra.l.iuris.§.facti. & hoc in maſculis,nõ tantùm in fœminis.Secundò dicit,quòd error iuris non prodeſt in lucris ſeu compendiis:vt ſi ſcio deceſſiſſe agnatũ:ſed neſcio iure agnationis deferri bo.poſ.Tertiò,quòd iuris error non nocet in damno vitando: vt in eo qui ſoluit indebitum per errorẽ iuris, repetit:vt.l.iuris.§.ſuum verò.Viuianus.

b *In damnis.* pone in indebito,vt ſupra. l. proxi. de compendiis dic vt ſupra.l.j.Accurſius.

c *Obeſt.* ſcilicet negotio integro:vt.C.eo.l.error.

d *Prodeſt.* vt ſupra.l.proxi.

e *Non nocet.* huic fini derogatur in eo quòd dicitur,libertum temere vocãtem patronum in ius,teneri in quinquaginta ſolidis: nec poſſe prætendere ignorantiam iuris vt euitet pœnam: vt.C. de in ius vo.l.ij.Sol.Quidam diſtinguunt an ignoret leges veteres,quod licet.an nouas conſtitutiones,quod nõ licet:quia ſunt dicta imperatorum:vt.C.eo.l.conſtitutiones. hoc non valet : vt C.de leg.& cõ.l.leges.Dic ergo quòd in hoc caſu eſt error quaſi naturalis iuris,quo tenemur ad benefaciendum benefaciẽtibus nobis:vt plenè dices.j.eo.l.proxi.Item hîc extra iudicium:in iudicio ſecus:vt.l.non fatetur.j.de confeſ.Accur.

REgula.] CASVS. Duo continentur in hac regula : & da exempla.s.eod.l.j.in prin. Secundò dicit videndum vt habet locum,ſcilicet iſta in vtroque ſuo dicto,quod dicet in.§.ſed facti.vſque in finem.ſed quædã præmittit:quæ plana ſunt.[SED FACTI.] Dixi in proxima.l. ignorantiam facti non nocere : ſed hoc niſi ſit ſupina : vt ecce proſcripſi ante ſtationem ne aliquis cõtrahat cum ſeruo meo Ianuario qui in ea ſtabat, & literis claris,vt omnes ſcirent legere, tu contraxiſti cum eo : ex quo contractu vis conuenire me inſtitoria: non potes. [SED IVRIS.] Dixi in prima.l.iuris ignor.nocere:hoc intellige ſi ipſe qui ignorauit,erat peritus,vel iuris peritorum habeat copiam: aliàs non nocet.hæc autem diſtinctio, potuit alios conſulere, vel non,rarò habet locum : quia tunc tantùm habet locum quãdo lucrum quæritur:puta quia ignorabam iure agnationis deferri bon.poſ. non autem de damno quæritur:quia tunc indiſtinctè nõ habet hæc diſtinctio locum : quia indiſtinctè non nocet. [SI QVIS IVS IGNORANS.] Si heres cùm poſſet vti Falcidia, detrahẽda de legatis non deduxit : quæritur an poſſit repetere per condic.indebi.& ſi quidem errore iuris,quia non credebat ſibi licere, & non repetit. aut facti : vt quia plus credebat eſſe in bonis:& tunc repetit.Ex prædictis colligitur ſolutio talis quæſtionis de facto. Teſtator legauit reipu.c.in opus aquæductus. heres ſoluit totum: an poſſit repetere quod vltra eſt ſolutũ quàm per.l.Fal.licuiſſet?& dicit quòd aut ſciẽs totum in aquæductum impendit:& tunc non poſſit repetere:tum quia ſciens:tum quia in fauorabilem rem impenſum eſt:quia reſpub.nõ debet de ſuo facere: quod alius de ſuo voluit fieri. Si verò ignorans: aut factum,& poteſt petere: aut ius, & non poteſt. Tertio quærit, an hæc eadem habeant locum & ſi priuato ſit legatũ. & dicit idem. Item & ſi non in opus aliquod, & ſic generalis eſt prædicta diſtinctio.hoc autẽ probat per duo generalia,cũ verba cõſtitutiõis imperatoris cuius verba pro parte retulit ſupra eadem.l.§.j.quia verba ſunt generalia:ita regula quæ ſequitur,eſt generalis.Viuianus.

Cicer.pro Balbo.

f *Regula eſt.* dic quòd ignorantia alia facti:alia iuris & facti, alia probabilis:alia non probabilis.Item iuris,alia iuris naturalis, alia quaſi naturalis,alia ciuilis iuris.de prima.ſ.naturali,pone exẽplum in filio qui credebat ſibi licere pulſare patrem:vel nõ procurare eum furioſum:vel captiuum nõ redimere: cùm ipſe filius ſit maior octodecim annis,& ideò ei nõ parcitur quò minus exheredetur: vt in authen.vt cùm de app.cog.§.cauſas. Item ſi putauit ſibi licere furtum facere:vt inſtit.de oblig. quæ ex deli.§.j. Idem in alio delicto,quod iure naturali prohibetur admitti:vt in adulterio:vt.j.ad.l.Iul.de adult.l.ſi adulterium.§.nonnũquã. in fin.ibi,nam & mulieres in &c.ſecus autẽ ſi putem mihi licere rem meam auferre:quia magis in iure ciuili quàm naturali erratur.& ideò excuſor à pœna furti:vt inſtit.vi bon.rapt.§.quia tamen.non tamen excuſor à pœna conſtitutionis:vt.C.vnde vi. ſi quis in tantam. De ſecunda, ſcilicet quaſi naturalis iuris, pone exemplum in liberto & patrono:vt.C.de in ius voc.l.j. Item in eo qui excuſat nauem contra principem, cui naturaliter reuerẽtiam debemus:vt.C.de ſacroſanct.eccle.l.iubemus.Item in matre,quæ prætextu ignorantiæ iuris non petiit tutores filiis ſuis: nec excuſatur vt euitet pœnam:vt.C.qui petant tut.l.finali.quæ pœna eſt vt non ſuccedat ei in pupillari ætate decedenti : vt.C. de leg.her.l.ſciãt.Item in eo qui mutuat filiofamiliãs,cùm quaſi naturaliter debeat ſcire quòd poteſt facilè pater à filio propter hoc occidi.nam propter hoc repetitio denegatur: vt.s. ad Macedonia.l.j. Item in muliere quæ nubit intra tempus luctus. & de his duabus ignorantiis, ſcilicet iuris naturalis,vel quaſi, poteſt hîc intelligi: & propriè ponuntur verba hîc poſita. De tertia,ſcilicet iuris ciuilis, pone exemplum vt ſupra eodem.l. j. & in hoc tertio membro ſubdiſtingue: quia aut certat de damno vitando:& tunc non nocet:vt.s.eo.iuris ignorantia. hoc tamen fallit in indebito : vbi per ignorantiam iuris ciuilis ſolutum, dummodo naturaliter debeatur, non repetitur : vt.C.ad legem Falcid. error.nec ob.quod dicitur.C.eod.l.ſi poſt. quia ibi non tradidit,ſecundum R.& Pe.Vel loquitur ibi de ignorantia facti: vt ſi.vij.ſigilla eſſe credebat. ſi autem de lucro certet, ſubdiſtingue:an potuit conſulere peritiores:vt tunc ei noceat,id eſt non proſit:vt hîc.an non:vt tunc non noceat:vt infra eadem.l.§. ſed iuris. Facti autem ignorantia ſi eſt probabilis,vt in facto alieno: vt infra pro ſuo.l.fina.in fine. & prodeſt in compendiis,& non nocet in damnis regulariter:vt hîc, & ſupra eodem.l.error.&.l. in omni parte.& infra eadem.l.§.ſed facti.& hoc eſt quod dicitur.C.eodem.l.cùm falſa.ſi profitear, ſubaudi extra iudiciũ eſſe, maternum quod erat paternum. nõ enim præiudicatur mihi in tali falſa demonſtratione, niſi tranſigam, vel deferam iuramentum:vt.C.eodem.ſi non.in iudicio autem facta confeſſio, ſcilicet quòd eſſet paternum,præiudicaret:vt infra de confeſſ. l.certum.non probabilis:vt in ſuo facto:vt ſupra ad Velleia.l.quamquam.niſi in caſu : vt.s.de condict.inde.l.ſed ſi me putem.Item non probabilis etiam in alieno facto,ſi eſt ſupinus : vt infra eodem.§.ſed facti. Fallunt autem prædicta quæ de errore diximus, in minoribus,fœminis, & militibus:vt ſubiicit hîc.Item fallit ſi in iudicio erretur per errorem iuris . nam etiam in damnis nocet: vt infra de confeſſ. l.non fatetur. Item fallit vt error etiam facti noceat, ſi non eſt integrum negotium in quo eſt erratum extra ius: vt.C.eodem.l.error.niſi in caſu : vt ſupra quando act. de pecul.eſt an.l.quæſitum. & fortè ideò,quia ibi erat cõmunis error,non ſpecialis errantis. vel prætendebat errorem ſuum, & ſcientiam vel dolum aduerſarij : vt ſupra de iudic. l. ſi prætor.§. Marcellus.Accurſius.

Ignorantia multiplex.

g *Iuris.* pone exemplum de vtroque ſupra eo.l.j.

Poſſit.

A ciebus locum habere poſſit,[a] eo antè præmiſſo, quòd minoribus vigintiquinque annis ius ignorare permiſſum eſt: quod & in fœminis in quibuſdam[b] cauſis propter ſexus infirmitatẽ dicitur. Et ideò ſicubi non eſt delictum,[c] ſed iuris ignorantia: non læduntur.[d]
B Hac ratione[e] ſi minor vigintiquinque annis[f] filiofamiliâs crediderit:[g] ſubuenitur ei, vt non videatur filiofamiliâs crediſſe. Si filiusfamiliâs miles à commilitone heres inſtitutus, neſciat ſibi etiam ſine patre licere adire,[h] per cõſtitutiones principales ius ignorare[i] poteſt: & ideò ei dies aditionis[k] non cedit. Sed facti[l] ignorantia ita demum cuique non nocet, ſi non ei ſumma neglegentia obiiciatur. Quid enim ſi omnes in ciuitate ſciant quod ille ſolus ignorat?[m]
C Et rectè Labeo definit ſcientiam neque curioſiſſimi, neque neglegentiſſimi hominis accipiendam: verùm eius qui eam rem diligenter inquirendo,[n] notam habere poſſit. Sed iuris ignorantiam non prodeſſe[o] Labeo ita accipiendum exiſtimat, ſi iuriſconſulti copiam haberet, vel ſua prudentia inſtructus ſit: vt cui facile ſit ſcire, ei detrimento ſit iuris ignorantia. quod raro[p] accipiendum eſt. Qui ignorauit rei dominum eſſe venditorem: plus in re[q] eſt, quàm in exiſtimatione
D mentis: & ideo tametſi[r] exiſtimet ſe non à domino emere, tamen ſi à domino ei tradatur, dominus efficitur.

Nota quod ſi præfatio legis eſt generalis: licèt lex ſit ſpecialis, generaliter intelligitur. Idem etiam ſi lex eſt ſpecialis, ratio tamen eſt generalis, quod generaliter lex eſt intelligenda. Bart.

Si quis ius ignorans, lege Falcidia vſus non ſit: nocere ei dicit epiſtula[ſ] diui Pii.
E Sed & imperatores Seuerus & Antoninus in hæc verba reſcripſerunt: Quod ex cauſa[t] fideicommiſſi indebitũ datum eſt, ſi non per errorem[u] ſolutum eſt, repeti non poteſt. Quãobrem Cargiliani heredes, qui cũ ex teſtamento eius pecuniam ad opus aquæductus reipublicæ Cirtenſium † relictam ſoluerint, non ſolùm cautiones non exegerunt, (quæ interponi ſolent, vt quod amplius cœpiſſent municipes, quàm per legem Falcidiam licuiſſet, redderent) verùm etiam ſtipulati ſunt, ne ea ſumma in alios vſus conuerteretur, & ſcientes prudentéſque paſſi ſunt eam pecuniam in opus aquæductus impendi: fruſtra poſtulant reddi ſibi à republica Cirtẽſium, quaſi plus debito dederint: cùm ſit vtrumque iniquum: pecuniam quæ ad opus aquæductus data eſt, repeti: & rempublicam ex corpore patrimonii ſui impendere, & in id opus, quod totum alienæ liberalitatis gloriam repræſentet. Quòd ſi ideo repetitionem eius pecuniæ habere credunt, quod imperitia lapſi, legis Falcidiæ beneficio vſi non ſunt: ſciant ignorãtiam facti, non iuris prodeſſe: nec ſtultis[x] * ſolere ſuccurri, ſed errantibus.

Exempla non arctant regulam. vide ſupra de legi. l. iura nõ in ſingulas. per Cynum & Bartolum in l. omnes populi. in. vj. principali. q. ver. item quæro ſi ſtatutum eſt prolatum in perſona vnius.

Et licèt municipum[y] mentio in hac epiſtula fiat, tamen & in qualibet perſona idem obſeruabitur. Sed nec quod in opere aquæductus relicta eſſe pecunia proponitur, in hunc ſolum caſum ceſſare repetitionem dicendum eſt. nam initium[z] conſtitutionis generale eſt. demonſtrat enim, ſi non per errorem ſolutum ſit fideicommiſſum: quod indebitum[a] fuit, non poſſe repeti. Item & illa pars æquè generalis eſt, vt qui iuris ignorantia legis Falcidiæ beneficio vſi non ſunt, [nec †] poſſint repetere: vt ſecundum hoc poſſit dici, etiam ſi pecunia quę per fideicommiſſum relicta eſt, quæque ſoluta eſt, non ad aliquid faciendum relicta ſit, & licèt conſumpta nõ ſit, ſed extet apud eum cui ſoluta eſt, ceſſare repetitionem.

x. Papinianus *libro ſexto Reſponſorum.*

Impuberes ſine tutore agentes, nihil[b] poſſe ſcire[c] intelleguntur.[d]

a *Poſſit*. vtraque regula, ſed primæ reſpon. j. e. l. §. ſed facti. vſq; in finem. l. & de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.

b *Quibuſdã*. non ergo in omnibus. Sed qui ſunt hi ſpeciales caſus, vbi mulieri ſuccurritur? Reſpon. in deſerta accuſatione per errorem iuris: vt infra ad Turpil. l. j. §. accuſationem. & l. mulier. Itẽ ſi non exhibeat inſtrumenta: vt. C. de edẽ. l j. §. fin. Itẽ ſi aſſcripſit ſibi legatum: vt. j. ad. l. Corne. de fal. l. diuus. §. quæri. Itẽ ſi per incuriam vel negligentiam falſam monetam cudi patiatur in prędio ſuo: vt. C. de falſa mone. l. j. §. j. Item ſi detulerit. vt. j. de iure fiſci. l. ij. §. fina. Item ſi à locuplete debitore ad inopem ſe nouauerit: vt j. ſolu. matr. l. ſi cũ dotem. §. ſi mulier. Item ſi pro alio fideiubeat: vt ſupra qui ſatiſd. cog. l. de die. §. minori. & hęc in damnis vltra mares: vt. C. eo. l. fina. in lucro autem dic vt. ſ. eo. l. error. ij. reſpon. Accur.

c *Non eſt delictum*. vt in prædictis caſibus.

d *Læduntur*. ſ. mulieres in damnis, in lucris autem non prodeſt: vt. ſ. l. proxi. §. iuris autem.

e *Hac ratione*. nõ proximi, ſed ſuperioris dicti.

f *Vigintiquinque annis*. pone exemplum. C. ſi aduerſus ſolut. l. indebito. ſuccurritur ergo minori in cõtractu vel quaſi, & in maleficio vel quaſi, ſi errat in iure ciuili, non naturali vel quaſi: vel erretur in delicto. nam iuuatur, ſi modò delicta nõ proueniant ex animo: vt hîc, & . ſ. de minori. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.

g *Crediderit*. vt & . ſ. ad Maced. l. ſi quis patrẽ. & de mino. verũ. §. fin. Accurſius.

h *Adire*. iure prætorio ſecundum tabu. intra centum dies ſibi à lege conceſſos, vel inſtitutus ſi adierit intra annum.

i *Ignorare*. milites enim &c. vt. C. de iur. delib. l. fin. in princip.

k *Aditionis*. centum dierum iure prætorio, vel ciuili dic inſtitutũ ſi adierit intra annum.

l *Sed facti*. ſ. alieni.

m *Solus ignorat*. vtique nõ ſubuenitur ei. idem & ſi mulieri: vt ſupra de inſtitu. l. ſed & ſi. §. proſcribere. ſecundum Io. ſic & econtra parcitur alicui ſi ignorat quod maior pars vel omnes ignorant: vt ſupra de offic. præt. l. Barbarius. Facit ad. §. iſtum. ſ. eo. plurimum. in fi. & l. nec ſupina. & ſupra de contrahen. emp. l. ea quæ. & l. & ſi conſenſum. § ignorantia. & xxxvij. diſt. in fine.

n *Inquirendo*. etſi non diligenter inquiſierit. Io.

o *Non prodeſſe*. id eſt nocere. Azo. vel propriè, vt ſtatim dicit iuriſcon. vt & . j. de bo. poſſ. l. in bonorum.

p *Raro*. i. raro eſt locus huic diſtinctioni, habuarit copiam iuriſconſulti, vel non: ſed in lucro tantùm: in damno autem quamuis iuriſconſulti copiá habeat, tamẽ ſibi ſubuenitur: vt. ſ. eod. l. iuris ignorantia. & l. error. in fine. Accurſius.

q *Plus in re*. i. in veritate, quàm in opinione: vt inſtitu. de lega. §. ſi quis rem. Et argu. ſ. de neg. geſt. l, ſi pupilli. §. ſi quis quaſi. & facit. j. de fal. l. impuberẽ. §. j. & de adquir. re. domi. l. liber homo.

r *Tametſi*. i. quamuis.

ſ *Epiſtula*. & lex Codicis: vt. C. ad. l. Falci. error. Accurſius.

t *Ex cauſa*. hæc verba ſunt generalia. Accur.

u *Per errorem*. ſcilicet facti probabilis: vt. d. l. error: Accurſius.

x *Nec ſtultis*. Not. ſtultis non ſuccurri: vt infra quod vi aut clam. l. ſeruius. & appellat ſtultũ, qui ius ignorat: vt arg. C. de leg. & conſti. l. leges ſacratiſſimæ: & facit. j. de admi. tut. impuberi. Accurſius.

y *Et licèt municipum*. modo incipit commẽdare epiſtolam, & licèt &c. quę hucuſq; durat.

z *Nam initium*. Not. ꝙ ſi initium eſt generale, & tota lex generalis eſt. ſic & infra de aur. & arg. le. l. ſpecies. arg. contra infra de lib. le. l. Aurelius. §. Sticho. genꝰ eſt ibi, quod ex cauſa fideicommiſſi indebitum datum eſt, ſi nõ per errorem ſolutum eſt, repeti non poteſt. ſed poſtea ibi, quãobrẽ &c. dicit in ſpecie.

a *Indebitum*. ſcilicet ciuiliter. Accurſius.

I*mpuberes*.] Casus. Si in prædio pupilli cudatur falſa moneta, aut exerceatur: an ſciẽs perdat prædiũ? Dicit ꝙ nõ: quia nihil ſcire intelligitur. Viuianus.

b *Nihil poſſe*. de facto.

c *Scire*. de iure. Acc.

d *Intelleguntur*. in ſui piudiciũ: vt. C. de fal. mo. l. j. §. impuberes. & ar. ſ. ad Maced. l. ſi quis patrẽ. in fin. & . j. quod fal. tu. auct. l. pupilli. & j. de iureiu. l. qui iuraſſe. hoc autem intelligi poteſt de nõ proximo pubertati, & de eo qui non eſt doli capax: alioquin cũ dolũ cõmittat, ſcire dicetur de iure, & de facto. Accurſius Florentinus.

† Sic Flor. & in manuſcr. rectè perperam autem erat in vulg. edi. Cyrenẽſiũ Erat autẽ Cirtenſium ciuitas, caput regni Maſęſylorũ. Liu. lib. 30.

* Hæc verba ponũtur in. c. ex pte. in glo. mercuriali extra de conſuet. Ignorãs ius, ſtultus dicitur.

Tota lex generalis eſt ſi initium ſit generale.

† Quamuis Flor. ſub nota expũctionis ſcribatur, tamen & ratio iuris, & ſupraſcripta epiſt verba docent non debere expungi hanc partic.

DE SPONSALIBVS.

*Diximus de contractibus rerum, nunc de contractibus perſonarum, id eſt. nuptiis. ſed quia ſponſalia præcedunt, ideò de his præmittit.*

*Peregiſſe iam videbatur contractuum ordinem totum: & ſanè quos potuit paucis abſoluere, eos omnes in vnum collegit & expoſuit primùm, deinde emptionem, venditionem & pignus vel potius occaſione pignoris, quē inter alios ſtrinxerat paucis hypothecariam pigneratitiæ æmulam actionem, quæ longiorem tractatum deſiderabant. Reſtabat adhuc dotis datio, quã contractum eſſe cõſtat. l. xxiij. De reg. iur. l. exigere. De iudic. & diuortium quod etiam pro contractu habetur. l. ſi vxor. eod. tit. l. iuriſgentiũ. §. vt puta De pac. qui quòd longiorem etiã ſermonem poſtulabant, quodammodo ſeparati ſunt ab aliis & reſeruati in hunc locum. Vt verò de eis pertractet abũdè, rem orditur à principio, quod ſcilicet ab ſpõſalibus proficiſcitur. Spem enim nuptiarum, quarum cauſa dotes conſtituuntur, ſponſalia appellamus, quæ contrahebantur olim mutuis ſtipulationibus, & inde ſponſoris & ſponſi promiſcua nomina. nã idem & ſponſor & ſponſus vel ſpõſa erat. Arnobius. Habẽt, inquit, pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſpõſas. Hodie nudo cõſenſu conſtituuntur, & pactiones potius quàm contractus ſunt, retinent tamen vetus nomen, vt emancipationis nomen manet etiam ſublatis venditionibus imaginariis, vt tribus, etiã aucto numero. Cuiacius.*

† lib. 28. βασιλ. tit. I.

* De iure & more veterum ſpõſaliorum. Gel. lib. 4. ca. 4. & Boet. in Top.

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber † vicenſimustertius.

## DE SPONSALIBVS.*

### TITVLVS I.

Sponſalia fiunt per verba de futuro, & à ſpondeo dicuntur, à quo etiam deſcendit appellatio ſpõſi. h. d. cum duabus. ll. ſeq. Baldus.

I. FLORENTINVS *libro tertio Inſtitutionum.*

SPonſa lia[a] ſunt mentio & repromiſſio nuptiarũ futurarum.

II. VLPIANVS *libro ſingulari de Sponſalibus.*

SPonſalia autem dicta ſunt à ſpondẽdo. nam moris fuit veteribus ſtipulari[b] & ſpondere ſibi vxores futuras:

III. FLORENTINVS *libro tertio Inſtitutionum.*

VNde & ſponſi ſponſæque appellatio nata eſt.

Contrahuntur ſponſalia nudo cõſenſu inter præſentes, vel inter abſentes per epiſtolam. h. d. cum l. ſequen. Bald.

IIII. VLPIANVS *libro trigenſimoquinto ad Sabinum.*

SVfficit nudus[c] conſenſus[d] ad conſtituenda ſponſalia. Denique conſtat[e] & abſenti abſentẽ[f] deſponderi poſſe,[g] & hoc quotidie fieri.

V. POMPONIVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

HAec ita, ſi ſcientibus his qui abſunt, ſponſalia fiant, aut ſi poſtea ratum habuerint.

Eius eſt diſſoluere, cuius eſt ligare. h. d. iſta. l. nota. Bald.

VI. VLPIANVS *libro trigenſimoſexto ad Sabinum.*

SI puellæ tutores ad finienda ſponſalia nuntium miſerunt, non putarem ſuffecturum ad diſſoluendam nuptiarũ ſpem[h] hunc nuntium, non magis quàm ſponſalia poſſe eos ſolos conſtituere: niſi fortè omnia iſta ex voluntate puellæ facta ſint.

Tantum valet id quod fit ſine ſcriptura, quantum id quod fit cũ ſcriptura. Baldus.

VII. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

IN ſponſalibus nihil intereſt, vtrùm teſtatio[i] interponatur, an aliquis ſine ſcriptura ſpondeat.[k]

In ſpõſalibus etiã cõſenſus eorũ exigẽdus eſt, quorũ ĩ nuptiis deſideratur.[l] Intellegi tamen ſemper filiæ patrẽ conſentire, niſi euidenter[m] diſſentiat, Iulianus ſcribit.

Quædam impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta. ad id quod. l. ſi pater. ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

VIII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

FVror quin ſponſalibus impedimento[n] ſit, plus quàm manifeſtũ eſt: ſed poſtea interueniens ſponſalia non infirmat.[o]

Per ductionem ad domum, ſponſalia non præſumuntur contracta: durant tamen ſi antè ductionem contracta fuerunt. Bald.

IX. VLPIANVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

QVęſitum eſt apud Iulianum, an ſponſalia ſint ante duodecimum annũ, ſi fuerint nuptiæ collatæ.[p] † Et ſemper Labeonis ſententiã probaui, exiſtimantis, ſi quidẽ præceſſerint[q] ſpõſalia, durare ea, quãuis in domo loco nuptæ[r] eſſe cœperit. Si verò nõ præceſſerint: hoc ipſo quod in domũ deducta eſt, non videri ſponſalia facta.[ſ] quam ſentẽtiam Papinianus quoque probat.

Pater poteſt ſponſalia filiæ exiſtentis in poteſtate diſſoluere, ſecus ſi fuerit emancipata. h. d. cum l. ſeq. Baldus.

X. IDEM *libro tertio Diſputationum.*

IN poteſtate manente filia, pater ſponſo nuntium remittere poteſt,[t] & ſponſalia diſſoluere. Enimuero ſi emancipata eſt, non poteſt neque nuntium remittere, neque quæ dotis cauſa data ſunt condicere. ipſa enim

a *SPõſalia*. ſed an ſine ſpõſalib⁹ poſſint eſſe nuptiæ? Reſp. vtiq;, ſi ponas aliquã ductã in domũ, & in eadẽ domo contractum matrimoniũ. Azo. Vel etiam in domo mulieris per verba de pręſenti. Acc.

b *SPonſalia. Stipulari.* ſtipulatio poteſt interuenire, ſed nõ eſt neceſſaria, quia & inter abſentes cõtrahuntur: vt. ĩ. eo. l. iiij. & fin. Vel dic eſſe ſpeciale in ea, vt inter abſentes contrahatur. aliàs autẽ cõtra: vt inſtit. de inut. ſtipu. §. itẽ verborum. ex hac tamẽ ſtipulatione nõ reperio agi. Sed cur nõ agatur ad intereſſe ſi fœmina diues eſt, cũ ſit rei honeſtæ ſtipulatio? Argum. cõtra. ĩ. de verbo. oblig. l. Titia, & quarum re. ac. non da. l. j. §. quæro. Accurſius.

c *SVfficit nudus*. à ſtipulatione. non à verbis: vt. ſ. l. j. Accurſius.

d *Conſenſus*. vt &. ĩ. e. l. fi. & l. ſpõſalia. & l. in ſpõſalibus. Ac.

e *Conſtat*. an idẽ in matrimonio, quod inter abſentes contrahatur? Videtur quòd ſic: vt. ĩ. titu. j. l. deniq;. quia ſolo conſenſu cõtrahitur, non verbis: vt infra de iure dot. l. mutus. &. ĩ. de reg. iur. l. nuptias. vnde videtur etiam inter abſentes poſſe contrahi, & in diem, & ſub conditione: vt. ĩ. de act. & oblig. l. conſenſu. & inſti. de contrahen. empt. §. emptio. Sed econtra videtur, cùm matrimonium ſit actus legitimus, & de iure cano. introductus, videtur non fieri inter abſentes, vel in diem, vel ſub conditione. nam & emancipatio ſolo conſenſu fit, non tamen in diem, vel ſub cõditione: vt. ĩ. de reg. iur. actus. ſed ibi de certis actibus dicit. Item A pro hoc eſt quod legitur. ſ. de adopt. l. neque abſens. Accurſius. ADDITIO. Tu dic quòd matrimoniũ poteſt contrahi per procuratorẽ, & fundatur in perſona domini: vt extra de procu. c. fi. §. j. lib. vj. Sed an poſſit contrahi ſub conditione: dic vt no. extra de condi. appo. ca. fin.

f *Abſentem*. per nuntium, vel literas: vt. ĩ. e. l. fin. Accurſius.

g *Poſſe*. vt. ĩ. e. l. in ſpõſalibus. ſed quid ſi pœniteat abſentem antequã abſens cõſentiat? Argu. quod non ſunt ſponſalia: vt. ſ. de iureiu. l. non erit. in fine. & ĩ. de acquir. poſſ. l. abſenti. Sed arg. cõtra. ĩ. de adquiren. hered. l. ſi quis mihi bona. §. fina. & l. qui ſeruum. & C. de repu. l. licèt. & ĩ. de aqu a plu. arcenda. l. in die m. Accurſius.

h *SI puellæ. Spem.* nec matrimonium: vt C. de nup. l. in copulãdis. nec procuratorem: vt. C. de procu. l. neq;. nec repudiare bonorũ poſſeſſionem: vt. ĩ. de ſuc. edi. l. j. §. tutor. Et ſic not. ꝙ nõ eſt ſimilis poteſtas tutoris, patrię poteſtati. pater enĩ diſſoluit: vt. ĩ. eo. l. in poteſtate. Accurſius.

i *IN ſponſalibus. Teſtatio*. id eſt in ſcriptis ſponſalia. Azo.

k *Spondeat*. vt. C. de nuptiis. l. neque ſine.

l *Deſideratur*. vt eorũ quorũ in poteſtate eſt: vt. ĩ. titu. j. l. ij. & C. de nupt. l. ſi vt proponis.

† i. factæ & celebratæ, vt docet. d. l. 32. ĩ de don. inter. vi. & vx. perperam. Duar. interpret. collatæ. i. dilatæ.

m *Niſi euidenter*. Not. intelligi cõſentire, niſi cõtradicat ex quo ſcit: vt argum. ĩ. ſolu. matr. l. ij. §. volũtatẽ. Sed ar. contra. ĩ. de furt. l. qui vas. §. qui ex volũtate. Accurſius. ADDITIO. Dic ꝙ hîc eſt fauor matrimonij, & ꝓpter cõiũctionem perſonarũ: argum. l. ſi ſeruus. ĩ. de donat. inter vi. & vxo. Item quia contradicẽdo poſſet impedire, ar. eius quod no. in. l. Gaius. ſ. de pigne. act. ſecundum Bart.

n *FVror. Impedimento.* vt & venditioni: vt. C. de contrah. emp. l. ij.

o *Non infirmat.* ſicut nec videtur matrimoniũ: vt &. ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre. & infra titu. j. l. oratione. §. fin.

p *QVæſitum. Collatæ*. id eſt de facto celebratæ quantum ad ipſorum votum, quia duxit eam in domum.

q *Præceſſerint*. antequam fieret ductio in domum.

r *Nuptæ*. ſcilicet de facto tantùm.

ſ *Facta*. licet enim conſenſerit ductioni: non tamen ideò conſenſit nuptiis contrahendis. & conſentire poteſt in concubinam.

t *IN poteſtate. Poteſt*. vt infra de repu. l. ij. in fine. ſed nuptias non: vt. C. de repu. l. diſſentientis. & ĩ. de donat. inter vi. & vxo. l. cum

cum hi.§.ſi ſocer nurum.idem in matre,vt non faciat diuortium filiæ:vt.C.de repu.l.filiæ.

a *Extinguet*.id eſt faciet vt non naſcatur.Accurſius.

b *Quæ*.ſcilicet conditio.

c *Non ſecuta*.id eſt ſi illa noliт nubere.Accurſius.

d *Conſentiret*.pater.

e S*Ponſalia,ſicut*. vt & ſ.eo.l.ſufficit.

f S*Ed quæ. Intelligitur*. vt & infra ſo.ma. l. dotem.Accurſius.

g *Eligat*. ergo ſi dignũ eligat pater, contrahũtur ſponſalia ſine volũtate filiæ. ſecus tamen aſſeritur in filio:vt.j.l. proxi.Io.[a] tamen dicit idem in filia, quod in filio:vt numquam conſiſtãt ſponſalia ſine voluntate filiorum & filiarũ.ſed tamen vbi dignũ eligat pater,cõtrahit cauſam ingratitudinis,niſi cõſentiat: vt fit in aliis cauſis : vt in auth.vt cũ de ap.cog.§. ſi alicui.col.viij. Itẽ contra.C.de nup. l. viduæ. vbi exigitur filiam cõſentire etiã, ſi dignũ ſibi eligat pater : & eius volũtas præfertur. Reſpõ. hîc loquitur de ea tãtũ quæ eſt in poteſtate,ibi de emãcipata.vel dic quòd de vtraque loquitur. hoc tamen non eſt verum , niſi ipſa ſibi dignum eligat : vt ibi.

h I*N ſponſalibus. Vt in matrimoniis*. id eſt talis vt in matrimoniis: ſed alia,ſcilicet ſeptem annorum , vt ſubiicit. Vel non eſt definita, vt in ſponſalibus variè in maribus & fœminis, vt in nuptiis.Vel aliter nõ eſſet definita ætas,vt ſo lã ætatẽ dicã ſufficere, ſicut in nuptiis dico.nã ſi ſeptẽ annorũ ſit,non ſufficit,niſi intelligat ꝙ agatur.ſæpe enim accidit,vt nõ intelligant in ea ætate,ſed in.ix.annis tantum,vel. x. ſed ſola ætas. xij. annorum vel xiiij. ſufficit. tunc enim bene intelligũt,niſi ſint furioſi,ſecundum Azo.

i T*Vtor. Suam*. ſcilicet adultam.

k *Poteſt*.vt &.C.de inter.ma.l. ſi tutor. & infra tit.j.l. ſenatuſcõſulto.&. l. ſi quis tutor. §. quamuis Accurſius.

l O*Ratio. Suppleatur*. Not.ſuppleri vbi deficit lex : vt ſupra de teſti.l.quæſitum. Itẽ not. ſi quid prohibetur,& id prohibetur,per ꝙ peruenitur ad illud prohibitũ:vt.ſ.de pactis.l.quod dictũ.&.j.de fideiuſſ.l. cum lex.&.C.de na.li.l.legem.in fin.&.C.de vſur.l.eos.in fin.&.C.de vſur.rei iudi.l.ſi.in fi.&.ſ.de peti.hered.ſed & ſi lege.§.itẽ ſi rem. &.ſ.de mino.l.iij.§.vtrũ.Sed argu cõtra.j.titu.j. l. ſi quis officij. Sed ibi eſt ſpes quòd erit matrimonium, licèt hodie eſſe nõ poſſit.Item argu.contra ſupra de iud.ſed & ſi ſuſceperit.§.fina. & ſic

a]Iſtam opi. tenet Ioan. And.in cap. r.extra de deſpon. impub. ſecũdũ Baldum.

In vulg. eſt. l.Sed ea.

†Ergo aliàs cogitur cõſentire. notant Græci.l. 28.*βασιλ*. tit. 4 ad.l.20.C. de nup.

*Vide Plat. lib.6. leg. in fi.vbi fœminas à 16.ad 23. mares à 30.ad 35.vult coire in matrimonium.

In. 12. & 14. an.intelligere quis dicitur.

filia nubẽdo efficiet dotẽ eſſe,cõditionẽque extinguet,[a] quæ[b] cauſa nõ ſecuta[c] naſci poterit,niſi fortè quis proponat ita dotẽ patrẽ pro emãcipata filia dediſſe , vt ſi nuptiis nõ conſentiret:[d] vel cõtractis vel non contractis repeteret quæ dederat.tunc enim habebit repetitionem.

Sponſalia conſenſu filiæ cõtrahuntur:quæ filia patri conſentire debet,licèt contradicere poſſet,ſi haberet iuſtã cauſam cõtradicendi.h.d.iſta.l.cum.l.ſe. Baldus. B

XI. I*VLIANVS libro ſextodecimo Digeſtorum*.

S*Põſalia,ſicut* nuptiæ , cõſenſu contrahentiũ fiunt: & ideò ſicut nuptiis ita ſponſalibus filiãfamiliãs conſentire oportet.

XII. V*LPIANVS libro ſingulari de Sponſalibus*.

S*Ed* quæ patris voluntati non repugnat, cõſentire intellegitur.[f] Tunc †autem ſolum diſſentiẽdi à patre licentia filiæ conceditur,ſi indignũ moribus, vel turpem ſponſum ei pater eligat.[g] C

XIII. P*AVLVS libro quinto ad Edictum*.

F*Iliofamiliãs* diſſentiẽte, ſpõſalia nomine eius fieri nõ poſſũt.

XIIII. M*ODESTINVS libro quarto Differentiarum*.

I*N* ſponſalibus contrahendis ætas[h] contrahentium definita nõ eſt,vt in matrimoniis.[h] Quapropter & à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt , ſi modò id fieri ab vtraque perſona intellegatur: id eſt ſi non ſint minores quàm ſeptem annis. D

XV. I*DEM libro ſingulari de Enucleatis Caſibus*.

T*Vtor* factã pupillã ſuam[i] nec ipſe vxorem ducere, nec filio ſuo in matrimonium adiungere poteſt.[k] Scias tamẽ quod de nuptiis tractam°,& ad ſpõſalia pertinere.

Cũ aliquid prohibetur, videtur eſſe omne illud prohibitum ,per quod peruenitur ad illud.Et quãdo aliquid permittitur, vidẽtur eſſe omnia permiſſa per quæ peruenitur ad illud:vt.l.ad rẽ mobilẽ.& l.ad legatũ.ſupra de procura. &.l. 2.ſupra de iuriſ.om.iudi.Baldus. E

XVI. V*LPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam*.

O*Ratio* imperatorũ Antonini & Cõmodi , quæ quaſdã nuptias in perſonã ſenatorum inhibuit, de ſponſalibus nihil locuta eſt : rectè tamen dicitur, etiam ſponſalia in his caſibus ipſo iure nullius eſſe momenti, vt ſuppleatur[l] quod orationi deeſt.

Sponſus debet expectare ſpõſam etiã vltra quadriẽniũ,ſi iuſta & neceſſaria cauſa interueniat.Bart.

XVII. G*AIVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam*.

S*Aepe* iuſtæ ac neceſſariæ cauſæ nõ ſolũ annũ vel bieñiũ,ſed etiã trienniũ & quadriẽniũ & vlterius trahũt[m] ſponſalia:veluti valetudo ſponſi,ſponſæve,vel mortes parentũ,vel capitalia crimina, aut lõgiores peregrinationes,quæ ex neceſſitate[n] fiunt.

Sponſalia poſſunt contrahi inter preſentes,vel abſentes,per nũtium,vel per epiſtolam.Baldus.

XVIII. V*LPIANVS libro ſexto ad Edictum*.

I*N* ſponſalibus †conſtituendis parui refert,per ſe & coram,an per internuntium , vel per epiſtulam,[o] an per aliũ hoc factũ ſit.[p] & ferè plerumque cõditiones interpoſitis perſonis expediuntur.

# DE RITV NVPTIARVM† TITVLVS II.

I. M*ODESTINVS libro primo Regularum*.

N*Vptiæ* ſunt coniunctio maris & fœminæ,& cõſortiũ omnis vitæ : diuini[q] & humani communicatio.

II. P*AVLVS libro trigenſimoquinto ad Edictum*.

N*Vptiæ* cõſiſtere nõ poſſunt, niſi cõſentiant omnes, id eſt qui coeunt, quorúmque in poteſtate[r] ſunt.

Inter fratres conſobrinos nuptiæ contrahuntur, etiam ſi ſolus conſenſus interuenerit.Baldus.

III. I*DEM libro primo ad Sabinum*.

S*I* neptem ex filio, & nepotem ex altero filio in poteſtate ha-

econtra not.ſupra de iur.om.iud.l.ij. A

m S*Aepe.Trahunt*.vt ſint ſine matrimonio contracto ſola.alioquin tranſacto biennio alij nubere poteſt:vt.C.eo. l.ij. & C.de repu.l.ij.Accurſius.

n *Ex neceßitate*.fortè cauſa appellationis exercendæ: vt argu. ſupra de iud.l.ij.§.legatis. Accurſius.

o I*N ſpõſalibus.Per epiſtolã*.miſſam.Azo.

p *Hoc factum ſit*.ſcilicet ſponſio futurarum nuptiarum.

DE RITV NVPTIARVM.

*Id eſt de feſtiuitate ſiue ſolemnitate nuptiarum. Et no. quòd hæc quatuor idem ſignificant matrimonium, nuptiæ, coniugium, & conſortium : ſed contubernium eſt tantum inter ſeruos : vt C.de adul.ſerui.*

*Nuptiæ quoque pactiones ſunt, & nudo conſenſu cõſtituũtur.qua de cauſa hypothecis cõparãtur.l. 4. De fide inſtr.& fiũt etiã inter abſentes,ſicut ſponſalia. A Modeſtino elegãter definiũtur hoc modo , Coniunctio maris & feminæ & cõſortium omnis vitæ,diuini & humani iuris communicatio.Coniunctio, vt. l. 1. De iuſt.& iur.Coniunctio maris & feminæ, quam nos matrimonium appellamus. Duplex enim habent nomẽ matrimonij & nuptiarum. l.10.hoc titu.& Inſt.de patr.pot.ex quo loco etiã conſortium omnis vitæ interpretari licet indiuiduam vitæ cõſuetudinẽ, quod vitæ ſocietatẽ.l.ſi rerũ.de re iud.l. 1.Rer.amot.quod Alicarnaſſeus.ἐπὶ πολλῇ συνελθεῖν τύχῃ, vbi vxorẽ etiã facit κοινωνὸν ἁπάντων χρημάτων τε καὶ ἱερῶν, id eſt ſacrorũ ſociã, quã diuini & humani iuris communicationem Modeſtinus vocat, & Imp. Gordianus ſimiliter ſociã rei humanæ atque diuinæ domũ ſuſcipi. Eſt autẽ titulus hic de ritu nuptiarum, quod põtificale verbũ eſt.nã & quas fas eſſet duci,pontificũ notionem fuiſſe intelligimus ex Tacito 1.& Dione XLVIII. qua in re hic titulus præcipuè cõſumitur,& qua itẽ ſolẽnitate, veluti deductione in domũ mariti & aquæ igniſque prælatione & acceptione.Cuiacius.*

q N*Vptiæ ſunt.Diuini*. quia eiuſdẽ ſectę,vt ambo Iudæi,vel Chriſtiani:vt C.de Iudæ. ne quis. &. l.nemo.&.C.de cri.expil.her.l.aduerſus.religionis tamẽ diuerſitas non impedit,cũm ſint eiuſdem ſectæ:vt. C. de epi.audi. ſi legibus.Itẽ humano iure cõmunicãt.quia eiuſdẽ fori efficitur vxor cũ foro viri:licèt aliud ſit in cõcubina:vt.ſ.de iudi.l. exigere. & .j.ad muni.l.de iure.in fin.Accurſius.

r N*Vptiæ.In poteſtate*.niſi ſint furioſi,vel ab hoſtibus diu capti, vnde cõſentire nõ valent:vt.j.eo.l.ſi nepos.in fin.Accur.

Lex Iulia ãn ni vacationẽ tribuit. Vlp. frag. tit. 14. Sed Papia bienniј. Vide de Suet. Au. cap.34.

†Concorſ tex.in.c.nec illud 30. q.5. text.in cap. ex parte. extra de conuer. cõiuga.

†In hũc titulum Alex. ab Alex. lib. 1 Gen. dier. cap. 24. vbi diffuſe diuer ſos in cõtrahendis nuptiis gẽtium mores declarat. Idẽ etiã li.2.cap.5. ex lege Romuli apud Halicarnaſſ. Solonis apud Demo. id teſtatur & Euripid. in Androma.

beam, nuptias inter eos me ſolo a auctore contrahi poſſe Pomponius ſcribit: & verum eſt.

Nuptiæ imperfectæ propter defectũ ætatis contractæ, adueniente legitima ætate perficiũtur: Bal.

IIII. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

MInorem † annis duodecim nuptam tunc legitimam vxorẽ fore, cũ apud virũ expleſſet duodecim annos. b B

Verba de futuro prolata matrimonium inducunt, ſi mulier ducatur ad domum viri. ſecus ſi vir vadat ad domum vxoris. h. d. iſta not. lex. Bartolus.

V. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

MVlierem abſenti per literas eiꝰ c vel per nũtiũ poſſe nubere placet, ſi in domũ eius deduceretur. eã verò quæ abeſſet, d ex literis vel nũtio ſuo duci à marito nõ poſſe. e deductione f enim opꝰ eſſe in mariti nõ in vxoris domũ, quaſi in domicilium matrimonij. C

VI. VLPIANVS *libro trigenſimoquinto ad Sabinum.*

DEnique Cinna ſcribit: Eum qui abſentem * g accepit vxorem, deinde rediens h à cœna, i iuxta Tiberim periſſet: ab vxore lugendum reſponſum eſt: k

VII. PAVLVS *libro ſingulari ad legem Falcidiam.*

IDeoque poteſt fieri, vt in hoc caſu aliqua virgo & dotem, & de dote habeat actionem. D

VIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

LIbertinus libertinam matrẽ aut ſororem vxorem ducere non poteſt, quia hoc ius moribus † non legibus introductum eſt.

Furioſi conſenſus non requiritur. hoc dicit not. lex. Baldus.

IX. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Sabinum.*

SI nepos vxorem velit ducere auo furente, omnimodò patris auctoritas erit neceſſaria. ſed ſi pa E ter furit, auus ſapiat: ſufficit l aui voluntas.

Patre ab hoſtibus capto, vel abſente, filij poſſunt liberè matrimoniũ cõtrahere cũ tali cuius conditionẽ pater nõ eſſet repudiaturus. h. d. vſque ad. l. ſi qua mihi. Bald.

Is cuius pater ab hoſtibus captus eſt, ſi nõ intra trienniũ reuertatur, vxorem ducere m poteſt. B

X. PAVLVS *libro 35. ad Edictum.*

SI ita pater abſit, vt ignoret vbi ſit, & an ſit: quid faciẽdum eſt, meritò dubitatur. Et ſi triẽniũ effluxerit poſtquã apertiſsimè fuerit pater ignotus vbi degit, & an ſuperſtes ſit: non prohibentur liberi eius vtriuſque ſetus matrimoniũ vel nuptias legitimas contrahere.

XI. IVLIANVS *libro ſexagenſimoſecundo Digeſtorum.*

C SI filius eius qui apud hoſtes eſt vel abſit, antè triẽniũ captiuitatis vel abſentiæ patris vxorẽ duxit, vel ſi filia nupſerit: puto rectè matrimoniũ vel nuptias cõtrahi: dũmodo eã filius ducat vxorẽ, vel filia tali nubat, cuius cõditionem certũ ſit n patrẽ non repudiaturũ.

Non vitiatur matrimonium licèt perueniat ad eũ caſum à quo incipere non poteſt. Baldus.

XII. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Sabinum.*

SI qua mihi vxor fuit, deinde à me repudiata nupſit Seio, quẽ ego poſtea adrogaui: nõ ſunt nu- D ptiæ inceſtę. o Inter me & ſpõſam patris mei nuptiæ contrahi non poſſunt: quãquã nouerca mea nõ propriè dicatur. Sed & per cõtrariũ ſponſa mea patri meo nubere nõ poterit, quãuis nurus non propriè p dicatur. Si vxor mea poſt diuortiũ alij nupſerit, & filiã ſuſceperit: putat Iulianus hãc quidẽ priuignã nõ eſſe, verũ nuptiis eius abſtinẽdũ. q Adoptiuæ ſororis filiã poſſum vxorem ducere. cognata enim r mea non eſt filia eius: quia E auunculus nemo fit ſ per adop-

---

A a SI neptem. Me ſolo. non ergo oportet conſentire patrem nepotis, vt hîc. Sed contra. j. eo. l. oratione. §. j. Sol. hîc conſobrinam. ibi extraneam ducebat. vel hîc erat mortuus vel furioſus pater huius nepotis: vt. j. eod. l. ſi nepos. Accurſius.

b MInorem. Duodecim annos. adeò etiam vt ſi antè poſſit cognoſci, non tamẽ ſit vxor, ſecũdùm Io. quia ætas vt cognatio præſtat impedimẽtum nuptiis. Sed arg. contra. j. de verb. obli. l. continuus. §. cùm ita. ſecundum Azo.

Aetas nuptiis vt cognatio impedimẽtum præſtat.

MVlierem.] CASVS. Mulier Berta erat vxor mea per verba de futuro: miſi pro ea literas, & venit ad domum meam. præſumitur iam vxor. ſed ſi ipſa pro me miſit, & ego iui ad eius domum, non præſumitur vxor. nam mulier ſponſa ad domum ſpõſi frequenter vadit vt vxor: ſed homo ad domum ſponſæ nõ ſic vadit vt vir. primum probat tali ſimili, quia quidam Cinna contraxit cum Berta ſponſalia de futuro. tandẽ miſit pro ea, & ipſa iuit ad domũ ſponſi, & ſponſus cœnauit ſecum, & iuit fortè ſpatiatum, & cecidit in flumẽ, & periit. quæritur an ſit lugendus ab ea vt vir. Et dicit quod ſic. eſt ergo ipſa vxor præſumptione iuris, & repetit dotem, & tamẽ eſt virgo. h. d. cum duabus. ll. ſeq. Viuianus.

† Cõcor. cũ hac. l. c. puberes extra de deſpon. impu. & c. vnicum eo. titu. li. 6.

* Sic Flor. ſunt qui putant rectius legi abſens.

c Per literas eius. ſcilicet viri. & eſt ſenſus huius. l. vt maritus per nuntiũ ſuum vel per literas vxorẽ ducere poſſit. mulier autem per propriũ nuntiũ nubere non poteſt. ipſam enim in domum mariti duci oportet, & eo ipſo ſpõſa pręſumitur vxor facta, ſi aliud nõ liqueat. vir autem non eo ſolo factus dicitur, quòd ad ſponſę domũ ierit, cùm ad ea quæ ſepius contingũt, iura aptentur, ſecũdum R. vt ſupra de legi. & ſenatuſc. l. nam ad ea.

† Hunc locũ explicat Alciatus lib. Parerg. 4. c. 21.

d Quæ abeſſet. ſcilicet à domo mariti, & ſua. Azo.

e Non poſſe. vt ſit vxor antequam in domum mariti peruenerit: licèt ipſe vadat ad domum vxoris.

f Deductione. ſcilicet vt ea ſit ſufficiẽs. nuptiarum teſtimonium.

g DEnique. Abſentem. per ſuos enim amicos fecit eam in domum ſuam deduci: vt ſupra. l. proxi.

h Rediens. ad militiam fortè, vel ad aliquod negotium quod aggreſſus fuerat. vel alibi cœnauerat, & ad domum veniebat.

i A cœna. in domo viri celebrata, ſecundum primam.

k Reſponſum eſt. licèt corpus eius non compareat: vt. s. de his qui not. infa. l. fin. in fin. Accurſius.

Furioſi conſenſus in adeunda hereditate nõ requiritur.

l SI nepos. Sufficit. non ergo furioſi auctoritas requiritur: ſicut nec in hereditate adeunda: vt. j. de acqui. here. l. cum heres & dotem filia repetere: vt. j. ſoluto ma. l. ſi cũ dotem. §. ſi ſoluto.

m Ducere. ſed & antè, ſi tamen talem & c. vt infra. l. proxi. & . l. ſi filius. in fin.

n SI filius. Certum ſit. id eſt non eſt veriſimile.

SI qua.] CASVS in principio eſt planus. [ADOPTIVÆ.] Pater meus adoptauit libertum, qui habet Titiam filiam. quæritur an ego poſſim Titiam filiam accipere? Et dicit quòd ſic. Videbatur autem contrarium quia ego ſum auunculus eius, vt videtur: ſed tamen dicit nõ eſſe verum: quia eis demum efficior cognatus ciuilis per adoptionẽ, quibꝰ efficior agnatus. ſed nõ efficior agnatus Titiæ: quia per fœminam ei attineo: ergo neque cognatus: & ſic poſſum accipere eam. Secundò dicit, quòd eadẽ ratione poſſum ducere in vxorem ſororẽ patris mei adoptiui, ſi non eſt nata eodem patre cum patre meo adoptiuo, ſed eadẽ matre tantum ſi enim eodem: tunc eſſet agnata patri meo adoptiuo: & ſic eam accipere non poſſem. Viu.

o Inceſtæ. putabantur inceſtæ, quia res peruenit in eũ caſum à quo incipere non poſſit: vt j. e. l. adoptiuus. Acc.

p Nõ propriè. impropriè autẽ ſic: vt. s. de teſti. l. in legibus. & . j. de gradi. l. ſeruus. Accurſius.

q Abſtinendum. vt & inſti. eodem. §. ſi vxor. Accurſius.

r Cognata enim. hæc enim filia ſororis adoptiuæ, nec naturali nec ciuili iure mihi coniũgitur: vt inſtitut. eodem. §. eius verò de naturali conſtat, item & ciuili: quia eam non adoptaui, nec pater meus: & licèt pater meꝰ matrem ſuam adoptauerat, non tamen cœpit patri meo neptis loco eſſe, quia in matris poteſtate non eſt filia: alioquin ſecus: vt inſtitu. de adop. §. illud. Item filia matri non eſt agnata. quod probatur quia per nullum alium filius vel filia eſt matri coniunctus, niſi per ipſam matrem: ergo per fœmininũ ſexum. ergo non eſt agnata, ſed cognata, ergo nec patri adoptiuo per matrem, ergo nec mihi per patrem meum naturalem & legitimum. ergo per nullum.

ſ Nemo fit. ſic ſecundum Io. vt ſtatim dices. ſed ſi non fit auunculus per adoptionem, quomodo matertera: vt infra eodẽ. l. per adoptionem. §. amitam? Reſpon. nemo fit ſcilicet ſic per ſororẽ adoptatam tantum: vt inſti. eodẽ. §. eius verò. ſed alio modo ſic: vt ſi habeo filiam legitimam, vel naturalem, & ex ea nepotem, & eũ nepotẽ adopto in nepotem quaſi ex filio, cum aliàs non ſit in poteſtate mea: vt inſti. de pa. po. §. finali. & poſtea adopto aliquẽ in filiũ, vel aliquã in filiam: iſte vel iſta, filius vel filia, erit auũculus & matertera ad illũ nepotẽ, ſaltem quo ad hoc vt nuptiæ impediãtur. & hoc ideò, quia mihi eſt factus nepos agnatus, & filius vel filia: ſimiliter ergo & inter ſe: vt infra de ſuis & le. here. l. poſt conſanguineos. §. parui. & de gradi. cog. l. non facilè. §. j. in fine.

Item

Itē ſi habeo duas filias, & extraneum nepotem quaſi ex altera natum adopto: altera filia erit matertera adoptato. nec video cur non poſſim adoptare nepotem quaſi ex filia, cūm poſſim & ſi non habeo filiū filiām ve: vt inſtit. de adop. §. licet, & ſupra de adop. l. adoptare. &. l. ſi pater. §. qui duos. Accurſius.

a *Adoptiui.* qui me adoptauit.

b *Eodem patre.* quo fuit pater meus adoptiuus: quia illa demum debet mihi eſſe cognata, quæ eſt patri meo naturali vel adoptiuo: vt ſupra de adop. l. qui in adoptionem. Accurſius.

c *SI patrona. Tam ignobilis.* nam ſi nō eſſet ignobilis, libertinus poſſet accuſari: vt. C. e. l. iij. Accurſius.

d *Prohiberi.* vt & argumen. ȷ̄. eo. ſenatoris filia. reſtitui tamen non poteſt cōtra eum: vt. C. qui & aduer. quos. l. finali. Accurſius.

e *ADoptiuus. Vxor fuit.* vt argumentū ſupra e. l. ſi qua. §. ſi vxor. & infra eodem. l. quinetiam. in principio. Sed cōtra. ȷ̄. de grad. cog. ad fin. l. iiij. §. penul. Solu. vt ibi. Accurſius.

f *Manumiſſus.* antè manumiſſionem duplex erat ratio impedimenti, ſcilicet cognatio, & ſeruitus. poſt manumiſſionem vnum ſublatū erat impedimētum, ſed adhuc ſufficit: vt inſti. de nup. §. illud certum.

g *Patrem.* ſ. verum.

h *Idem.* quod in cognatione. Accurſius.

i *Sed in re dubia.* i. cum dubitatur an ſit pater.

k *Duas.* i. nō vna eſt ſola nouerca &c.

l *Itaque.* à ſimili.

m *Proauia.* ſcilicet vxoris meæ. Accurſius.

n *Et proneptis.* id eſt filia vxoris nepotis ex alio viro.

o *Socrum.* impropriè: vt. ſ. eo. l. ſi qua. §. j.

*VXorem.*] CASVS. Vxor priuigni etiam eo mortuo non poteſt nubere vitrico: & ecōtra vxor vitrici, eo mortuo, non poteſt nubere priuigno, vel marito priuignæ Clara ſunt ſequentia. Viuianus.

p *Nec in matrimonium.* ecōtra quaſi ad primū.

q *ORatione. Quā.* ſcilicet orationē.

a] Vide Hadrianū Cardi. in tit. de modis Latinè loquēdi. ca. in manū conuenire.

tionem. Et eæ demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quæ legitimæ eſſent, id eſt quæ agnatorum ius haberēt. Pari ratione & ſororem patris mei adoptiui [a] poſſum ducere, ſi non fuit eodem patre [b] nata.

XIII. IDEM *libro trigenſimoquarto ad Sabinum.*

SI patrona tam ignobilis [c] ſit, vt ei honeſtæ ſint vel ſaltem liberti ſui nuptiæ: officio iudicis ſuper hoc cognoſcentis hæ prohiberi [d] non debent.

Filius adoptiuus non poteſt vxorem ducere eam quæ fuit vxor patris ſui, etiam ſi ſit emancipatus. Item ſufficit alium virum fuiſſe quoad nuptias impediēdas. Baldus.

XIIII. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

ADoptiuus filius ſi emancipetur: eam quæ patris adoptiui vxor fuit, [e] ducere non poteſt: quia nouercæ locum habet. Item ſi quis filium adoptauerit, vxorem eiuſdem (quæ nurus loco eſt) ne quidem poſt emancipationem filij ducere poterit: quoniam aliquando nurus ei fuit. Seruiles quoque cognationes in hoc iure obſeruandę ſunt. igitur ſuam matrem manumiſſus [f] non ducet vxorem. Tantundem iuris eſt & in ſorore, & ſororis filia. Idem econtrario dicendum eſt, vt pater filiam non poſſit ducere, ſi ex ſeruitute manumiſſi ſint, etſi dubitetur patrem [g] eum eſſe. Vnde nec volgo quæſitam filiam pater naturalis poteſt vxorem ducere: quoniam in contrahendis matrimoniis naturale ius & pudor inſpiciendus eſt. Contra pudorem eſt autem filiam vxorem ſuam ducere. Idem [h] tamen quod in ſeruilibus cognationibus conſtitutum eſt, etiam in ſeruilibus adfinitatibus ſeruandum eſt: veluti vt eam quæ in contubernio patris fuerit, quaſi nouercam, non poſſim ducere: & cōtra eam quæ in contubernio filij fuerit, patrem quaſi nurum non ducere. æquè nec matrem eius, quam quis in ſeruitute vxorem habuit, quaſi ſocrum. Cùm enim cognatio ſeruilis intellegitur, quare non & adfinitas intellegatur? Sed in re dubia [i] certius & modeſtius, eſt huiuſmodi nuptiis abſtinere.

Videtur velle, quòd appellatione nurus non contineatur pronurus: & eodem modo de ſocru, nouerca, & priuigna: niſi quātum ad hanc cauſam, ſcilicet ad impediēdum matrimonium: vt hoc tex. ibi, ſed quod ad hanc cauſam. ſed in contrarium videtur veritas de quo habuiſtis in. l. prima in fin. cum. l. ſequenti, ſupra de poſtulā. Baldus.

Nunc videamus quomodo nouerca, & priuigna, & ſocrus, & nurus intellegantur: vt ſciamus quas non liceat ducere. Quidam nouercam per ſe patris vxorem, & nurum filij vxorem, & priuignam vxoris ex alio marito filiam intellegunt. ſed quòd ad hāc cauſam, verius eſt nec aui vxorē nec proaui duci poſſe. Duas [k] ergo vel plures nouercas ducere non poterit. Non mirum. Nam & is qui adoptiuus eſt, nec naturalis patris nec adoptiui vxorem ducere poteſt. Sed & ſi plures vxores pater habuerit, nullam earum ducere poſſum. Itaque [l] ſocrus appellatione non tantùm vxoris meæ mater, ſed & auia & proauia [m] intellegitur, vt nullam earum ducere poſſim. Nurus quoque appellatione non tātum filii vxor, ſed & nepotis & pronepotis cōtinetur: licet quidam has pronurus appellēt. Priuigna quoque non ſolum ea mihi intellegitur, quæ vxoris meæ filia eſt, ſed & neptis & proneptis: [n] vt nullam earum ducere poſſim. Item eius matrem quam ſponſam habui, nō poſſe me vxorem ducere Auguſtus interpretatus eſt, fuiſſe enim eam ſocrum. [o]

ſed hodie hoc corrigit: vt in authē. vt liber. de cætero. §. ſi quis col. vj.

r *Conſentire debet.* ſed contra ſupra. e. l. iij. Solu. vt ibi. Item argumē. contra inſtit. de adop. §. ſed ex contrario.

ſ *Sufficiet.* nam mulieris oportet accelerari nuptias, ne quid committat turpe. Acc.

DE ADFINITATE.

t *Rectè cōtractum.* idem in ſponſalibus: vt. ſ. titu. j. furor. Accurſius.

u *PEr adoptionē. Quarto gradu.* ſ. remoto quod ita probatur: ego cum matre mea ſum in primo, mater mea cum matre ſua in ſecundo, & mater matris cū ſua matre in alio, & illa cū ſorore aui in alio, ergo ego ſum in quarto cū ſorore auiæ meæ, quia vno gradu magis quā mater mea ab ea diſto. Accurſius.

x *Et ſi per adoptionē.* hoc eſt cōtra. ſ. e. l. ſi qua. §. adoptiuæ. Sol. vt ibi.

*NVptiæ.*] CASVS. Contraxit matrimonium filius meus cū liberta me conſentiente. item diuertit poſtea me conſentiente. dicit quòd non poteſt ei reconciliari, niſi me cōſentiente.

y *Non habentur.* vt. ſ. e. l. ij. & . C. eo. l. ſi vt proponis. Accurſius.

XV. PAPINIANVS *libro quarto Reſponſorum.*

VXorem quondam priuigni, cōiungi matrimonio vitrici non oportet: nec in matrimonium [p] *conuenire nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit.

*Sunt qui notent papin. ſcripſiſſe, in manū & Tribō. flagitioſè ſic mutaſſe. correctum per Nou. 117.

XVI. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

ORatione diui Marci cauetur, vt ſi ſenatoris filia libertino nupſiſſet, nec nuptiæ eſſent. quam [q] & ſenatuſconſultum ſecutum eſt. Nepote vxorem ducente & filius conſentire debet. [r] Neptis verò ſi nubat, voluntas & auctoritas aui ſufficiet. [ſ] Furor contrahi matrimonium non finit, quia conſenſu opus eſt: ſed rectè contractum [t] non impedit.

Iſta lex in ſui principio ponit ſummarium. Baldus.

XVII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

PEr adoptionem quæſita fraternitas euſque impedit nuptias, donec manet adoptio. ideoque eam quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorem ducere. Aequè & ſi me emancipato illam in poteſtatem retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque volenti generum adoptare, ſuadetur vt filiam emancipet. †Similiter ſuadetur ei qui nurum velit adoptare, vt emancipet filium. Amitam quoque & materteram, item magnam quoque amitam & materteram magnam prohibemur vxorem ducere: quamuis magna amita & matertera quarto gradu [u] ſint. Vtique autem amitam *& amitam magnam prohibemur vxorem ducere. etſi per adoptionem [x] nobis coniunctæ ſint.

† ne aliàs ſoluatur ei matrimoniū 67. §. 2. ȷ̄ eod.

*matertera magnam & am.

XVIII. IVLIANVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

NVptiæ inter eaſdem perſonas (niſi volentibus parentibus) renouatæ, iuſtæ non habentur. [y]

UNED

a Capite.& dotare.eſt enim paternum officium dotare filias. vt.C.de dotis promiſ.l.fi.§.vtramque.

Patris officiũ eſt filias dotare. Malum facere videtur, qui ad bonũ non ſtudet.

b Non quærit.Not.facere videtur malum, qui non ſtudet ad bonum:vt arg.ff.de reg.iur.l.qui non facit.&.ff.de libe.agno.l.necare.& de re mili.non omnes.§.qui captus.&.l.omnes. §.fi. Accur.

c Sciendum eſt.Cõſtat. vt.C.eo.in copulandis.Accurſius.

d Non cogitur.vt.ſ. ti.j.l.filio. Acc.

e Si patre. Sui arbitrij eſſet.cogitur à patre filius,vt conſentiat: ſicque erit matrimoniũ. vt.ff.de tutel.l.ij. §. idẽ Caſsius.Accurſius. ADDITIO. Intellige iſtã glo.quãdo propter reuerẽtiã patris filius cõſentit:non autem intelligas quod interceſſerit verus metus, quia tunc matrimoniũ eſſet nullum:vt in.l.ſi mulier.ſ. qđ met.cau. & not. extra quod met⁹ cauſa. c. abbas.& de ſpõſa. c. cũ locũ.ſecũdum Bal. hîc.

* Vulgo incipit: Qui liberos quos hab.&c.

f Matrimonium. nihilominus.

g Inuitos.hic volẽs autem fuit, aliàs nõ valeret:vt hîc.&.C.e.l. nec filium.Accurſius.

* diui Seueri & Marci.vel diui Antonini & Commodi: vt.l. 60.ff eo. Anto. Aug. ad Modeſt.

† non debet expungi.

h Maluiſſe hoc.quàm odium patris incurrere. nõ autem dicas metum adhibitum: vt. ſ.quod met.cau.l.ſi mulier.§.ſi dos.Accurſius.

i Lege Papia. Senatores.ſed hodie etiã ſenatores:vt in auth.vt lib.de cætero.§. ſi quis. col.vj. ſed vtrum libertus cum fœmina excelſæ dignitatis poſſit hodie contrahere, nec eſt expeditum hodie. Acc.

In liberæ.] CASVS. Quædam mulier libera honeſta fœmina ſtabat mecum in forma vxoris. hæc autem mihi vxor,& ego ſibi vir præſumor.Viuianus.

k In liberæ mulieris. honeſtæ,ſecundũ Io.vt.ff. de cõcubi.l.in concubinatu.§.j.Accurſius.

Correct.per Nou.76.&. 117.De lege Papia vide Suet.in Augu.Cor.Tacit lib 3.Vlp. frag.l.34.ff. ad.l.Iul.de adult.

l Intelligendæ. niſi contrarium ſit proteſtatus, vel ꝙ ſit concubina,vel quod nõ ſit vxor quod dic.vt.d.l.in cõcubinatu. Et diſtingue plenè cũ aliquis ad aliquã cõſuetudinẽ habet:aut ad eã quæ eſt honeſtæ vitę,& ingenua:aut ad eã quæ eſt inhoneſtæ.Primo caſu, aut proteſtatur ꝙ loco concubinæ habet, aut tacet, aut ꝙ nõ loco vxoris. Primo caſu eſt concubina: & ſecundo vxor.fauore mulieris:vt hîc,&.ff.de cõcubi.l.in cõcubinatu.§.j. tertio caſu nec vxor,nec matrimoniũ,& ſic ſtuprum eſt. Si aũt nõ vult eſſe vxor,eo caſu quãdo tacuit,vir non cõpellitur, & dicetur ſtuprũ.ſi verò inhoneſtè vixit quandoque,at nũc hone-

Filia poteſt cogere patrem officio iudicis,vt eam maritet,& dotem det.Bartolus.

XIX. MARCIANVS *libro ſextodecimo Inſtitutionum.*

Capite* trigenſimoquinto legis Iuliæ,qui liberos quos habent in poteſtate, iniuria prohibuerint ducere vxores, vel nubere,vel qui dotẽ dare nõ volunt:ex cõſtitutione diuorũ Seueri & Antonini per proconſules præſidéſque prouinciarũ cogũtur in matrimonium collocare,& dotare.[a] Prohibere autem videtur & qui conditionem non quærit.[b]

Curator datur rebus, non perſonæ.Baldus.

XX. PAVLVS *libro ſingulari ad Orationem diui Seueri* & Commodi.*

Sciendum eſt, ad officiũ curatoris[nõ]pertinere, nubat pupilla,an non:† quia officiũ eius in adminiſtratione negotiorum cõſtat.[c] & ita Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, in hæc verba: Ad officiũ curatoris adminiſtratio pupillæ pertinet.Nubere autẽ pupilla ſuo arbitrio poteſt.

Circa iſtam.l. vide quod habetur in tex.& glo. in. c. 1. extra de deſpon.impub.quod eſt menti tenendum. Baldus.

XXI. TERENTIVS CLEMENS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiã.*

Non cogitur[d] filiusfamiliãs vxorem.ducere.

XXII. CELSVS *libro quintodecimo Digeſtorum.*

Si patre cogẽte ducat vxorẽ quã non duceret ſi ſui arbitrij[e] eſſet,cõtraxit tamẽ matrimoniũ,[f] quod inter inuitos[g] non contrahitur: maluiſſe hoc[h] videtur.

XXIII. IDEM *libro trigenſimo Digeſtorum.*

Lege Papia cauetur, omnibus ingenuis, præter ſenatores,[i] eorúmque liberos, libertinam vxorem habere licere.

Conſuetudo ad liberam mulierem,inducit matrimonium.Bal.

XXIIII. MODESTINVS *libro primo Regularum.*

In liberæ mulieris[k] conſuetudine,nõ concubinatus,ſed nuptiæ intellegẽdæ[l] ſunt, ſi nõ corpore quæſtum fecerit.[m]

XXV. IDEM *libro ſecundo Regularum.*

A ſtè viuit,licèt non ingenua,& ſic ſola deſtinatione animi efficitur cõcubina:vt.d.l.in cõcubinatu.in prin.&.l.ſeq.nõ vxor:vt hîc in fine.Si inhoneſtè viuat,cũ nec matrimoniũ preſumitur,ſtuprũ cõmittit:vt.C.ad.l.Iul.de adulte.ſi ea quæ tibi.duo em̃ tantũ coitus ſunt liciti ſecundũ leges.ſ.cũ cõcubina,& vxore. alij omnes ſunt illiciti.ſecundũ decreta vnus tantũ.ſ.cum vxore:cũ alia verò,fornicatio.Accur. ADDITIO. Cum gloſ. dicat. ſ. ibi, fauore mulieris &c.dic hoc verum de iure ciuili,ſed de iure canonico eſt ſecus, quia vxor nõ preſumitur,ſed eſt coitus illicitus:vt.xxx.q.v. ca.j.& no.per glo.in c. illud. extra de preſum. &in c.ex parte.extra de reſti.ſpo. ſecũdum Bal.

Filius emancipatus[n] etiam ſine conſenſu patris vxorem ducere poteſt, & ſuſceptus[o] filius ei heres erit.

XXVI. IDEM *libro quinto Reſponſorum reſpondit.*

Reas[p] adulterii factas,nec antè[q] damnationẽ viuente marito vxores duci poſſe.

B Quod ab initio non valet, tractu temporis conualeſcit. Baldus.

XXVII. VLPIANVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

Si quis in ſenatorio ordine agẽs, libertinam habuerit vxorẽ:[r] quamuis interim vxor non ſit,[ſ] attamen in ea conditione eſt, vt ſi amiſerit dignitatem, vxor eſſe incipiat.[t]

XXVIII. MARCIANVS *libro decimo Inſtitutionum.*

Inuitam libertam vxorem ducere patronus non poteſt:

C XXIX. VLPIANVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

Quod & Ateius Capito conſulatu ſuo fertur decreuiſſe. hoc tamen ita obſeruandum eſt, niſi patronus ideo eam manumiſit,[u] vt vxorem eam ducat.

XXX. GAIVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

Simulatæ[x] nuptiæ nullius momenti ſunt.

XXXI. VLPIANVS *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

D Si ſenatori[y] indulgentia principis fuerit permiſſum,libertinam iuſtam vxorem habere: poteſt iuſta vxor eſſe.

Libertus à patrono arrogatus ingenuus eſt quoad familiam,abſtinere tamen debet à nuptiis ſenatoriis.h.d.quod no.& tene mẽti.Baldus.

XXXII. MARCELLVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

Sciendum eſt,libertinum qui ſe ingenuo[z] dedit adrogandũ, quamuis in eius familia ingenui

E iura[a] ſit cõſecutus,vt libertinum, tamen à ſenatoriis nuptiis repellendum† eſſe.

Modicum interuallum temporis non inducit diuerſitatẽ actuũ h.d.facit ad.l.Marcius ſupra locati.Bartolus.

XXXIII. IDEM *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

m Fecerit. niſi cõparatio perſonarũ aliud inducat:vt.ff. de dona. l. donationes.Accurſius.

Correct.per Nouell.117.

n Filius emancipatus. maior.xxv.annis: cõſulitur tamẽ ei vt cõſenſu patris faciat : vt C.e.l. viduæ.Accurſius.

o Et ſuſceptus. vt. ff. de contra tabu.l.iij.§. ſi emancipatus.Accurſius,

Reas.] CASVS. Vxor Titij de adulterio accuſata,& per hoc pri⁹ à viro repudiata, pendente accuſatione alij nubere non poteſt.

p Reas. i. accuſatas. ſic C.ad leg.Iul.de adul. l. quamuis. §. in primis. Accurſius.

q Nec antè.nec poſt,cũ crimine lenocinij teneatur qui duxit: vt.C. ad leg.Iul.de adulte. l. caſtitati.Accurſius.

r Si quis vxorem.de facto.Azo.

ſ Non ſit.de iure.Acc.

t Incipiat. quod ergo ab initio non valet, ex poſtfacto conualeſcit: vt.&.C.ſi rect. prouin. l.j.in fi.& arg.ff. e.ſi qs tutor.§.quid ergo.

Hodie paſſim omnib⁹ No.117.

u Quod & Ateius. Manumiſit.vt& infra eodem. l. matrimonij.Accurſius.

Simulatæ.] CASVS. Quidã cũ aliã vxorẽ in prouincia haberet, contraxit cum iſta, vt ſic euaderet actionẽ ſtupri: nõ valet matrimonium.Viuianus.

x Simulatæ.facit. C.pl⁹ valere quod agitur &c. Accurſius.

† Correctum per No. 117.

y Si ſenatori.facit.ſ.de adop.adoptio.Ac.

z Sciẽd. ingenuo.patrono. alij enim nũ poteſt:vt.ſ.de in ius voc.l.ſed & ſi.§. patrono.& ſupra de adop.l.ſi pater.in fi.Accurſius.

a Iura.hæc. ſ. vt neque patronus vel filius eius iure patronatus ſuccedere poſſint:item vt patronum,vel eius ſobolem ſine venia in ius vocare poſſit:non tamen eſt ingenuus,vt ſenatorias perſonas

nas

nas ducere poſſit:vt hîc,& ſupra de ſtat.homi.l.ſi quæ eſt contra.

a PLerique.interpoſito.vt infra titu. j. quòd ſi non diuortium. & infra de reg. iur.l.quod calore.Accurſius.

b Reddiderit.Arg.inſt.man.§.item ſi adhuc.Accurſius.

A poteſt contrahere,vt non tamen poſt depoſitum officium liceat impunè pœnitere deſponſatæ.Viuianus.

k Non poteſt.& ſi fecit,non valet matrimonium:vt infra de dona. inter vi.& vxo.l.iij.§.videamus.Accurſius.

l Non prohibeatur.ſic &.s̃.de his qui no. infa.l.ſolent.§.j.Accur.

PLerique opinantur, cùm eadem mulier ad eũdem virum reuertatur, id matrimoniũ idẽ eſſe.quibus adſentior,ſi nõ multo tẽpore interpoſito[a] recõciliati fuerint, nec inter moras aut illa alij nupſerit aut hic aliã duxerit,maximè ſi nec dotem vir reddiderit.[b]

B Generale mandatum de nuptiis contrahendis non ſufficit,niſi mãdantis ratihabitio ſubſequatur. Baldus.

XXXIIII. PAPINIANVS *libro quarto Reſponſorum.*

GEnerali † mandato quærendi mariti filiæfamiliâs, non fieri nuptias [c] rationis eſt. itaque perſonam eius patri demonſtrari qui matrimonio conſenſerit, vt nuptiæ contrahantur, neceſſe eſt. Ream adulterij, quam vir iure mariti poſtulauit, non prohibetur poſt abolitionem vxorem denuo [d] ducere. C Sed & ſi non iure mariti ream poſtulauit:iure contractum matrimonium [e] videbitur. Inter priuignos contrahi nuptiæ poſſunt,etſi fratrem communem ex nouo parentum matrimonio ſuſceptum habeant. [f] Filiam ſenatoris,nuptias libertini ſecutam,patris [g] caſus non faciat vxorem.nam quæſita dignitas liberis, propter crimen patris auferenda * non eſt.

XXXV. IDEM *libro ſexto Reſponſorum.*

D FIliusfamiliâs miles matrimonium ſine patris voluntate nõ contrahit. [h]

XXXVI. PAVLVS *libro quinto Quæſtionum.*

TVtor vel curator adultam vxorem ducere non poteſt,niſi à patre deſponſa deſtinatáve teſtamentove nominata conditione [i] nuptiis,ſecuta fuerit.

XXXVII. IDEM *libro ſeptimo Reſponſorum.*

LIbertũ curatoris puellæ prohiberi oportet vxorem eandẽ ducere. E

In prouincia quam quis adminiſtrat, ſponſalia contrahere poteſt, vxorem autem ducere non poteſt, niſi veterem ſponſam, poteſt tamen ſuas filias nuptui tradere.Baldus.

XXXVIII. IDEM *libro ſecundo Sententiarum.*

SI quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non poteſt,[k] quamuis ſponſare non prohibeatur: [l] ita ſcilicet, vt ſi poſt officium depoſitum noluerit mulier [m] nuptias contrahere, liceat ei hoc facere arris tantummodò redditis [n] quas acceperat. Veterem ſponſam in prouincia quam quis adminiſtrat, vxorem ducere poteſt, & dos data non fit caduca. Qui in prouincia aliquid adminiſtrat,in ea prouincia filias [o] ſuas in matrimonium collocare, & dotem conſtituere non prohibetur.

XXXIX. IDEM *libro ſexto ad Plautium.*

SOroris proneptem non poſſum ducere vxorem, † quoniam parentis [p] loco ei ſum. Si quis ex his quas moribus prohibemur vxores ducere, duxerit, inceſtum dicitur committere.

XL. POMPONIVS *libro quarto ex Plautio.*

ARiſto reſpõdit, priuignæ filiam non magis vxorem duci poſſe, quàm ipſam priuignam.

Licèt concubinatus de iure ciuili ſit licitus:tamen illa quæ ſtat pro concubina, non dicitur honeſta materfamiliâs.Baldus.

XLI. MARCELLVS *libro vicenſimoſexto Digeſtorum.*

PRobrum * intellegitur etiam in his mulieribus eſſe, quæ turpiter viuerent, volgóque quæſtum facerent, etiam ſi non palã. [q] Et ſi qua ſe in concubinatum alterius quàm patroni tradidiſſet, matrisfamilias honeſtatem non habuiſſe dico.

Circa nuptias contrahendas non ſolum rigor,ſed etiam æquitas inſpicitur.Baldus.

XLII. MODESTINVS *libro ſingulari de Ritu Nuptiarum.*

SEmper in coniunctionibus non ſolum quid liceat, [r] conſiderandum eſt: ſed & quid honeſtum ſit. [ſ] † Si ſenatoris filia neptis, proneptis, libertino, vel [ei]qui artẽ ludicram exercuerit, cuiuſve pater materve id fecerit, nupſerit: nuptiæ non erunt.

GEnerali.] CASVS Mandaui Titio vt quærat fil iæ meæ virum. nõ per hoc poterit ipſa ſine meo cõſenſu contrahere cum illo quẽ procurator ei laudauerit. [INTER PRIVIGNOS.] Ex prima vxore habui filium, vxor verò ex alio viro filiam. hi duo priuigni rectè iunguntur, & filij ex me & vxore mea naſcituri erunt fratres vtrique priuigno. [FILIAM.] Berta filia ſenatoris nupſit liberto. nõ valet matrimoniũ. ſed ſi ſenator poſtea amiſit dignitatem, & ſic nõ eſt filia ſenatoris, certè non valet. nam quæſita &c. Viuianus.

† Glo.ı.in c. poſt tranſlationem. extra de renũtia. inducit hanc.l. ĩ arg. ꝙ qui poteſt eligere, poteſt poſtulare:& nõ ecõtra.

c Non fieri nuptias. Nota argumentũ bonũ ad hoc, ſi capitulũ conceſſit alicui vt aſſignaret eccleſias: ꝙ repreſentãdꝰ ſit capitulo, ſi ab eo fuerit inſtitutus in Eccleſia, & ſecũdũ ratihabitionem capituli vel recuſationẽ, valeat vel nõ valeat inſtitutio. Ac.

d Denuo. bene dicit denuo. prius enim diſſolutum fuit: quod ex eo apparet, quia conſtante matrimonio hoc crimen intendi nõ potuiſſet: vt. C. ad leg. Iuliam de adul. l. crimen. Sed hodie contra per auth. ibidem poſitam.

✠ Errore librarij deerat negatio Pl. cum in. l. filiam. s̃. de Senat. vnde hæc ad verbũ ſumpta sũt, nõ deſit. Taurellus.

e Matrimonium. ſi quoquo modo poteſt ſuã ſcientiam obumbrare: vt. C. ad leg. Iuliam de adult. ſine metu. Acc.

f Habeant. vt inſti. de nupt. §. mariti. Acc.

g Patris caſus. vt. &. s̃. de ſena. l. filiã. & eſt ratio, qa filius nõ portat iniquitatẽ patris: vt ca. Iudæi. j. quæſt. iiij. &. j̃. de pœ. l. crimẽ. ſed ſuus caſus confirmat matrimoniũ: vt. s̃. eo. ſi quis in ſenatorio. & facit. j̃. de decu. l. ij. §. fi. Accur.

h Filiusfamiliâs. Non contrahit. vt nec quilibet alius: vt ſupra eo. l. ij. Accurſius.

TVtor.] CASVS. Finita tutela non poteſt tutor adultam vxorem ducere, niſi pater ſponſalia prius feciſſet.

i Conditione. hac ſcilicet vt nubat tutori. Idẽ eſt ſi impetret à principe: vel ſi nubat poſt. xxv. annos redditis rationibus: vt. C. de inter. ma. l. ſi patris. & l. ſi tutor. Accurſius.

m Mulier. quæ priꝰ fuerat ſponſa quã adminiſtraſſet, & durãte volũtate poſtea duxit quando adminiſtraret. qđ non placet: vt. j̃. in fi. l. Seddic quod ſic durãte matrimonio. Vel referas ad ꝓximũ dictũ, vt ſi deſponſaſſet in ipſa adminiſtratione, poteſt ſi vult poſtea ratũ habere. & ſi non vult, non cõpellit mulier: vt hîc &. C. e. l. & ſi contra.

n Redditis. ſ. ſponte ſua. nec eñ cogitur: vt. C. ſi rec. ꝓuin. l. j. quæ eſt contra. Vel diſtingue, vtrum minacẽ feruorẽ adhibuit, an non: vt. C. ſi quacũque præ. l. j. vel melius hîc cũ ipſa poſtea contraxit cum alio. alioquin contra. Acc.

o Filias. Cur ergo in filio non idẽ, vt ei vxorem ducenti cõſentiãt: vt. j̃. e. l. qui in prouincia & arg. C. de inter. ma. ſi tutor. Itẽ facit. j̃. eo. l. libertum. §. final.

† Quamuis quinto gradu ſit.

p SOroris. Parentis. vt s̃. iſti. e. §. fratris. Ac.

PRobrum.] CASVS. Mulier committit ſtuprum ſi turpiter viuit, & quæſtũ facit palam, vel nõ palã. Itẽ ea quæ alterius cõcubina quàm patroni fuerit, iã nõ eſt honeſta, non tamẽ dicit eã ſtuprũ cõmittere. Viuianus,

q Etiam ſi nõ palam. intellige in coniugata. aliàs videtur contra. C. de adul. l. quæ adulteriũ. & facit. j̃. ad. l. Iul. de adult. l. ſi vxor. Acc.

*In quibuſdam manuſ. videtur fuiſſe ſcriptum, ſtuprum nõ intelligitur, &c. quæ lectio recta eſſet.

SEmper. Pone exẽplũ vt. s̃. eo. l. ſi qua. §. j.

r Quid liceat. ſ. de iure ſtricto. Accurſius.

ſ Honeſtum ſit. ſ. de æquitate: vt. j̃. de reg. iur. l. ſemper. & pone exẽplũ. s̃. eo. l. ſi qua mihi. §. ſi vxor. Accurſius.

PAlam] CASVS Senator nõ poteſt cõtrahere cum ea quæ palam facit quæſtum. nũc ergo exponit quæ dicantur palam feciſſe. [SENATVS.] Senator non poteſt ducere vxorem damnatam in publico iudicio, illo quo cuilibet de populo accuſare licet. Secundò dicit, quòd ea quæ eſt dãnata de calumnia cauſa publici iudicij vel de præuaricatione de publico iudicio, non videtur damnari Tertiò, quòd ea quæ eſt deprehenſa in adulterio, habetur pro dãnata de publico iudicio. Cætera plana ſunt. Viuianus.

† Hic. §. cũ duabus ĩ l. ſequentibus correctus eſt per No. 117.

SI quis.] CASVS. Poteſtas per annũ non poteſt ducere in vxorẽ aliquã de iuriſdictione ſua, ſed ſpõſalia per verba de futuro

a *Palam.* lex iſta cum ſuperiori tertia continuatur. Accurſius.

b *Lupanario ſe proſtituit.* locus meretricibus deſtinatus ad hoc ſolùm, vt ſui formam venalem exhibeant. Accurſius.

c *Adſolet.* id eſt ſolitum eſt.

Taberna quid ſit.

d *Taberna.* Taberna eſt locus vbi comeſtibilia venduntur & comedētes recipiuntur, non ad cubandū, vel ad equos ſtabulandos, ſed ad comedendum tantum. at caupona vbi etiam aduenæ & ad comedendum & ad cubandum, non ad ſtabulandum. Item ſtabulum dicitur locus ille qui tantum equos recipit. Sed quid ſi quis hæc omnia facit, cur magis caupo quā ſtabularius vel tabernarius vocabitur?

Interpretatur verba legis Iuliæ: meminit & Vlpia. frag. tit. 13. §. j.

e *Vel qua alia.* ſ. taberna, vel domo. Accur.

f *Palam.* aliter accipitur. j̃. de teſta. l. heredes in prin. Accurſius.

g *Committit.* cum delectu. Accurſius.

h *Vicem.* id eſt morem ſic. C. ad le. Iul. de adul. l. ſi ea quæ.

i *Et altero.* ſcilicet tantùm.

k *Intermiſſa eſt.* huiuſmodi enim intermiſſiones non proſunt, nec nocent: vt argu. j̃. de adqui. poſ. l. iij. §. Nerua. &. j̃. de ſolu. l. quires. §. aream. Azo.

† Itaque morte illud coercebat Solon vt ait Æſchines.

k *Intermiſſa.* niſi ſtatim mutauerit: vt. ſ̃. de infa. l. pen. Accurſius.

l *Egit.* quę etiā nō poteſt ferre teſtimonium: vt. ſ̃. de teſti. l. iij. §. vlti. Et no. non parci malo ratiōe paupertatis. Sed ar. contra. C. de pat. qui fil. diſ. l. ij. &. j̃. de excu. tu. l. paupertas.

Paupertas malum non excuſat.

m *Non minus.* imò magis, cùm duo videatur facere delicta, in ſe, & in alio: vt diximus. ſ̃. de infa. l. imperator.

n *Proſtituunt.* accipiendo pecuniam à ſtupratoribus: vel paciſcendo vt aliquam ſibi ſupponant. Idem & ſi ſine pecunia hoc faciant ex conſuetudine: vt. ſ̃. de his qui no. infa. l. athletas. §. ait prætor. &. ſ̃. e. l. Octauenus. Sed an idem ſi ſemel tantùm, non ex conſuetudine, vel lucri cauſa, aliquis vel aliqua aliam ſupponat? Accurſius.

Verba incluſa, videntur eſſe verba legis Iuliæ, vt ex ſequētib. apparet. Vide Vlp. fragmen. titu. 13.

o *Poteſtas.* vt pote ſi eſſet infamis.

p *Non videtur.* Sed hoc qualiter eſſe poteſt, cū calūniator publico iudicio accurſatur, ſcilicet l. Iul. repe. & l. Cor. de fal. vt. ſ̃. de calum. l. ij. §. hoc autem. &. j̃. ad. l. Cor. de fal. l. j. quæ ſunt publica crimina: vt. j̃. de publi. iud. l. j. Item præuaricationis crimen nonne quādoque publicum eſt, quādoque priuatum: vt. j̃. de præuari. l. pręuaricationis? Sed hæc quantum ad prohibitionem nuptiarum non videtur publico crimine dānata.

A

Palam dicitur quæſtum facere, illa quæ ſine diſtinctione perſonarum ſe proſtituit. & non ſolùm infamia notatur illa quæ præſentialiter modò facit, ſed etiam illa quæ iam fecit, licèt modò facere deſierit, etiam prętextu paupertatis non excuſatur. Bartolus.

XLIII. VLPIANVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

PAlam [a] quæſtum facere dicemus non tantum eam quæ in lupanario [b] ſe proſtituit, verum etiam ſi qua, vt adſolet, [c] in taberna [d] caupona vel qua alia [e] pudori ſuo non parcit. *Palam* [f] autem ſic accipimus, paſſim, hoc eſt ſine delectu, non ſi qua adulteris vel ſtupratoribus ſe committit, [g] ſed quæ vicem [h] proſtitutæ ſuſtinet. Item quòd cum vno & altero [i] [ſe] pecunia accepta commiſcuit, non videtur palam corpore quæſtum facere. Octauenus tamen rectiſſimè ait, etiam eam quæ ſine quæſtu palam ſe proſtituerit, debuiſſe his connumerari. Non ſolum autem ea quæ facit, verùm ea quoque quæ fecit, etſi facere deſiit, lege notatur. Neque enim aboletur turpitudo, quæ poſtea intermiſſa [k] eſt. Non eſt ignoſcendum ei quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam egit. [l] Lenocinium facere non minus [m] † eſt, quàm corpore quæſtum exercere. Lenas autem eas dicimus, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt. [n] Lenam accipiemus & eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. Si qua cauponam exercens, in ea corpora quæſtuaria habeat (vt multæ adſolent ſub pretextu inſtrumenti cauponij proſtitutas mulieres habere) dicēdū hāc quoque lenæ appellatione contineri.

B

Senator non poteſt ducere in vxorem damnatam publico iudicio. Baldus.

Senatus cenſuit, non conueniēs eſſe vlli ſenatori, vxorem ducere aut retinere damnatā publico iudicio, quo iudicio cuilibet ex populo experiri licet, niſi ſi cui lege aliqua accuſandi publico iudicio non eſt poteſtas. [o] Si qua calumniæ iudicio damnata ſit ex cauſa publici iudicij, & quæ præuaricationis damnata eſt, publico iudicio damnata eſſe non videtur. [p]

Deprehenſa in adulterio, efficitur infamis, ſiue poſt deprehēſionem ſequatur ſententia, ſiue non, etiam ſi ſequatur ſententia abſolutoria, quia lex ipſum factū notat. Baldus.

Quæ in adulterio [q] deprehenſa eſt, quaſi publico iudicio [r] damnata eſt. Proinde ſi adulterij condemnata eſſe proponatur: [ſ] non tantum quia deprehenſa eſt, erit notata, ſed quia & publico iudicio damnata eſt. Quòd ſi non ſit deprehenſa, damnata autē idcircò notatur, quia publico iudicio dānata eſt. At ſi deprehenſa [t] quidē ſit, dānata autem nō ſit, notata erit. Ego puto & ſi abſoluta * ſit poſt deprehenſionē, adhuc tamē notā illi obeſſe debere, quia verū eſt eā in adulterio deprehēſam: quia factū [u] lex, non ſententiā notauerit. Non adiicitur hîc (vt [x] in lege Iulia de adulteriis) à quo vel vbi deprehenſam. Proinde ſiue maritus ſiue quis alius deprehendiſſe proponatur, videtur notata. Sed & ſi non in domo mariti, vel patris ſui deprehenſa ſit, erit notata, ſecundum verba legis.

C

Lex Iulia prohibet ſenatorē, & deſcēdētes ex eo per lineā maſculinā, nuptias vel ſpōſalia cōtrahere cū liberta, vel cum ea, cuius pater vel mater artē ludicrā exercuit: & ecōtra libertus, vel artē ludicram exercens: ſeu cuius pater vel mater artem ludicram exercuit, prohibetur cum filia ſenatoris, vel deſcendentium ex eo per lineam maſculinam, matrimonium contrahere. Baldus.

XLIIII. PAVLVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

D

LEge Iulia ita cauetur: *Qui ſenator eſt, quiue filius, nepoſue † ex filio, pronepoſue ex filio nato cuius eorū* [y] *eſt, eritue: ne quis eorū ſpōſam vxorēue ſciēs dolo malo habeto libertinā, aut eā quæ ipſa, cuiuſue pater matérue artem ludicram facit, fecerit: néue* [z] *ſenatoris filia, neptíſue ex filio, proneptíſue ex nepote filio nato, nata: libertino, eíue* [a] *qui ipſe, cuiúſue pater* [b] *matérue artem ludicram facit, fecerit: ſponſa nuptaue ſciēs dolo malo eſto: néue quis eorū dolo malo ſciēs ſpōſam vxorēue eā habeto.*

E

Cum tractatur de odio: appellatione patris, vel matris, non comprehenditur auus, vel auia. Bald.

Hoc capite prohibetur ſenator libertinam ducere, eámve cuius pater matérve artem ludicram fecerit: item libertinus ſenatoris filiam ducere. Non obeſt auum & auiam artem ludicram feciſſe. Nec diſtinguitur, pater in poteſtate habeat filiam, nécne: tamē iuſtum patrem intellegendum Octauenus ait: matrem, etiam ſi volgo cōceperit. [c]

q *Quæ in adulterio deprehenſa eſt.* ſecus eſt in maſculo, ſecundum Io. & aliàs etiam ſi deprehendatur, quia maior caſtitas, etiam ſecundū mores hominum, exigitur in fœminis.

* vt dicebat Claudius in cenſura cum notam alicui adpoſitā dempſiſſet, litura tamen (inquit) extet. Sueto. in Claud. ca. 26.

r *Publico iudicio.* an idē in quolibet publico iudicio? Reſpondet Ioan. non.

ſ *Proponatur.* non tamen quia deprehēſa eſt erit notata, ſed quia publico iudicio eadē dānata eſt.

t *Si deprehenſa.* Quid ſi non fuerit deprehenſa: commiſit tamen adulterium? Reſpō. infamis eſt, etſi probari nō poſſit, quia factum lex &c. ſed Ioan. contra. exigit enim deprehenſionem.

u *Factum.* i. mulierem propter factum. i. commiſſum adulterium, nō ſentētiam iudicis: quia per eam fuit abſoluta.

x *Vt.* i. ſicut. Azo. & facit ad. §. j̃. ad leg. Iul. de adul. l. nec in ea. & l. marito. Accurſius.

LEge Iulia.] CASVS. Duo dicit: Primò, quòd ſenator, vel ex eo deſcendentes, non accipiāt vilem fœminam in vxorem. Secundò econtra, quòd filia ſenatoris, vel ex ea deſcendentes, non nubant vili homini. & dicit quæ ſit vilis fœmina, & vilis homo. hoc capite diuidit reſponſa, & plana eſt. Viuianus.

† Videtur le. pronepóſue ex nepote ei filio nato, cuius, &c. vt paulò poſt in pronepte dicit eadem lex.

y *Cuius eorū.* id eſt quiſquis filius alicuius eorum eſt, vel erit.

Videtur addendum ex. l. prox. ſ̃. eo. aut eam quę palam quæſtum facit, fecerit.

z *Néve.* ſ. cauetur.

a *Eive.* ducere ſcilicet prohibetur.

b *Pater.* ſcilicet ei9 quæ nupſit filio ſenatoris: qui pater artem ludicrā exercuit. Accurſius.

c *Conceperit.* arg. contra infra de verb. obli. l. iuſta. pater ergo naturalis vel iniuſtus non obeſt filiæ quo minus nubat filio ſenatoris: mater verò naturalis & iniuſta nocet: quia ſemper eſt certa, etſi vulgo cōceperit

ceperit: pater verò is eſt quem nuptiæ demonſtrant: vt.ſ.de in ius vocan.l.quia.

a *Naturalis.* ſcilicet & legitimus.

b *Adoptiuus.* imò refert, vt ex ſequentibus colligitur, quia ſi pater artē ludicram exercuit poſt adoptionē, deinde emancipauit: nō nocet emancipato. ſecus tamen in naturali. quare dicas nil referre, dūmodò poſt adoptionē antè emancipationem pater adoptiuus artem ludicram exercuit.

c *An & is.* qui ducit ſenatoris filiam. Accur.

d *Duci.* ab adoptato, ſenatoris ſcilicet filia. vel dic, talis filia adoptiua. Accurſius.

e *De hoc caſu.* iſto ſcilicet quando ille qui artem ludicram exercuit me adoptauerit, deinde me emancipauit. per hoc ergo collige quòd in ſuperioribus nocet.

f *Contrariam.* contraria eſt quantum ad id, quod de his quorū pater artem ludicram exercuit, cauetur.

g *Vt eis.* quorum pater artem ludicram fecerit vt ob hoc impediatur à nuptiis.

h *Si poſtea.* quàm nupſit. Azo.

i *Non ducent.* vt.ĩ. eo. obſeruandum. in fin.

[In eo.] CASVS. Quædam lex Iul. de maritandis ordinibus dixit quod liberta nupta patrono non poteſt eum dimittere, vt aliū accipiat, eo ſcilicet inuito. quis ergo erit patronus cui hæc priuilegia dantur, vt alij non nubat eo inuito? Exponit hîc per multa reſponſa. Aliæ ergo mulieres poſſunt dimittere ſuos viros quando volunt. Viuianus.

k *In eo iure quod dicit.* vt infra de diuor. l. fin. in prin. &.ĩ. eod.l. matrimonij. Accurſius.

l *Vt manumittat.* vt & infra de ſuis & legi. l. j. circa princip.

m *Non habebit.* vt &.ſ. de in ius vo. l. adoptiuum.§. pe. nec etiam ei ſuccedet: vt.ĩ. de iure pa. ſi iurauero. Accur.

n *Conſentit.* expreſſim.

o *Inuitus.* i. ignorans.

p *Diſſenſit.* quare autē ignorans rectius dicitur inuitus. collige.ſ. de arbi.l. ſi in tres.&.l. ſicuti.& de re iu. duo.

† Iuge. l. j. ĩ. de concub. l. vlt. ĩ. de diuort. l. j. C. de inceſt. nup. l. j C. de bo. liber. l. 4. ĩ. de manu.

†i. non poteſt.

Item nihil refert, naturalis a ſit pater, an adoptiuus. b an & is c noceat, qui antequam adoptaret, artem ludicram fecerit, atque ſi naturalis pater, antequam filia naſceretur, fecerit? & ſi huius notæ homo adoptauerit, deinde emancipauerit: an non poſſit duci, d ac ſi talis pater naturalis deceſſiſſet? Sed de hoc caſu e contrariam f legis ſententiam eſſe Pomponius rectè putat, vt eis g non connumeretur. Si poſtea h ingenuæ vxoris pater materve artem ludicram facere cœperit, iniquiſſimum eſt dimittere eam debere: cùm nuptiæ honeſtè contractæ ſint, & fortaſſe iam liberi procreati ſint. Planè ſi ipſa artem ludicram facere cœperit, vtique dimittenda erit. Eas quas ingenui cæteri prohibentur ducere vxores, ſenatores non ducent. i

Liberta nupta patrono, non poteſt diuertere eo inuito. Baldus.

XLV. VLPIANVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

IN eo iure † quod dicit, k *inuito patrono libertam quæ ei nupta eſt, alij nubere non poſſe:* patronum accipimus (vt reſcripto imperatoris noſtri, & diui patris eius continetur) & eum qui hac lege emit, vt manumittat: l quia manumiſſa, liberta emptoris habetur. Qui autem iurauit ſe patronum, hoc idem non habebit. m Ne is quidem debet habere, qui non ſuis nummis comparauit. Planè ſi filiusfamilias miles eſſe proponatur, non dubitamus, ſi caſtrenſis peculij ancillam manumiſerit, competere ei hoc ius, eſt enim patronus ſecundum conſtitutiones, nec patri eius hoc ius competit. Hoc caput ad nuptam tantum libertam pertinet, ad ſponſam non pertinet. Et ideò inuito patrono nuntium ſponſa liberta ſi miſerit, cum alio connubium habet. Deinde ait lex: *Inuito patrono.* Inuitum accipere debemus eum, qui non conſentit n ad diuortium. Idcirco nec à furioſo diuertendo, ſoluit ſe huius legis neceſſitate: nec ſi ab ignorante diuerterit. Rectius enim hic inuitus o dicitur quàm qui diſſenſit. p Si ab hoſtibus patronus captus eſſe proponatur, vereor * ne poſſit iſta connubium habere nubendo, quemadmodum haberet ſi mortuus eſſet. Et qui Iuliani ſententiam probant, dicerent nō habituram connubium. Putat enim Iulianus durare eius libertæ matrimonium etiam in ca-

A ptiuitate, propter patroni reuerentiam. Certè ſi in aliam ſeruitutem q patronus ſit deductus proculdubio diſſolutum eſſet matrimonium.

Illud quod dicitur de liberta nupta patrono, quòd eo inuito non poſſit alij nubere: habet locum in liberta communi. Baldus.

XLVI. GAIVS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

ILlud dubitationis eſt, an & qui communem libertam r vxorem duxerit, ad hoc ius admittatur. B Iauolenus negauit: quia non propriè videtur eius liberta, quæ etiam alterius ſit. Aliis contra viſum eſt: quia libertam eius eſſe negari non poteſt, licèt alterius quoque ſit liberta. Quā ſententiam plerique rectè ſ probauerunt.

Non ſeruatur honor illi, qui ſe in ſceleratam vitam deducit. Baldus.

XLVII. PAVLVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

SEnatoris filia quæ corpore C quæſtum vel artem ludicram fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit, impunè libertino nubit: nec enim honos ei ſeruatur, quæ ſe in tantum † fœdus deduxit. t

XLVIII. TERENTIVS CLEMENS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

FIlio patroni in libertam paternam, eádemque vxorem u idem iuris quod ipſi patrono datur, ex ſententia legis accommodatur. Idémque dicendum D erit & ſi alterius patroni filius viuo altero libertam eorum x vxorem duxerit.

In actu quem quis facit contra legem, non habet beneficium legis. Baldus.

Si ignominioſam libertam ſuā patronus vxorem duxerit: placet, quia contra legem y maritus ſit, non habere eum hoc legis beneficium.

In eo quod aſſignatur vni ex libertis: nihil iuris habent alij liberti. hoc dicit.

E Si vni ex filiis adſignatam, alter vxorem duxerit, non idē ius, quod patrono tribuendum. Nihil enim iuris habebit, quia ſenatus omne ius libertorum adſignatorum ad eum tranſtulit, z cui id pater tribuit.

Licet minoribus, q non licet maioribus: nō ecōtra. h. d.

XLIX. MARCELLVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

OBſeruandum a † eſt, vt inferioris gradus homines ducant vxores eas, quas hi qui altioris dignitatis ſunt, ducere legibus propter dignitatē prohibentur. b at contra antecedentis gradus homines nō poſſunt eas ducere, quas his qui inferioris dignitatis ſunt, ducere non licet. c

In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. Bartolus.

L. IDEM *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

PRoximè conſtitutum dicitur, vt cum quis libertam ſuam duxerit vxorem, quam ex fideicommiſſi cauſa

licèt Pe. dixerit hoc nō poſſe intelligi.

q *Seruitutē.* vt quia dānatus eſt in metallum.

r [I]llud. *Communem libertam.* i. ſuā & alterius. & facit. ĩ. de aſſigna. lib. l. ſi ex duobus.

ſ *Rectè.* No. quod cōmune eſt, meū eſt: vt. ĩ. de le. ij. l. v. §. fi. Sed argu. contra. ĩ. de auro & arg. le. l. Quintus.

t *Enatoris. Deduxit.* [S] quia vilitas vitæ dignas legum obſeruationes non credidit: vt: C. ad. l. Iul. de adul. qui adulterium. & facit. ſ. e. l. ſi patrono. & infra eo. l. proxi. in fi.

[Filio.] CASVS. Siue ipſe patronus, ſiue filius alterius patroni, cùm duo ſint, habeat libertam vxorem, non nubet alij eo viro inuito. [SI VNI.] Patron° quidam aſſignat libertā in teſtamento vni ex filiis. poſt hoc liberta nupſit alij cui aſſignata non eſt. non habet ille hoc priuilegium, quòd alij etiam nubere non poſſit eo inuito. Viuia.

u *Vxorem.* ſ. filij.

x *Eorum.* id eſt ſuam & alterius. & facit. ĩ. de aſſignat. li. l. ſi ex duobus. Accurſius.

y *Quia contra legem.* bona ratio, vt & ſupra. l. proxi. & de mino. l. auxilium. in fin.

z *Tranſtulit.* vt. ĩ. de aſſigna. li. l. j. in principio.

[Obſeruandum.] CASVS Duo dicit. In ſecūdo dat exemplum de. l. nuptiæ. Viuianus.

a *Obſeruandum.* vt magnæ pro magnis remaneant. Accurſius.

b *Prohibentur.* ſcilicet prohibitione iuris, alia quàm ratione dignitatis. Accurſius.

c *Non licet.* vt. ſ. e. l. lege. §. ſ. Accurſius.

Meum eſt, quod commune eſt.

† Sic in archetyp. & veterib. inquit Taurel Sic & in meo antiquiſs. manuſcr. neſcimus tamē alibi hoc vocabulū pro fœditate & turpitudine.

† Huc pertinet illud Ouidij in Deianira ad Herculem: Tam malè inęquales veniunt ad aratra iuueci, Quàm præmitur magno cōiuge nupta minor. Liuius lib. 4. ait lege Canuleia connubia promiſcua fuiſſe indulta.

a P*Roxime. Contrahere*. vt. &. j̃. de diuor. l. patrono. Accurſius.
b *Puto*. ſcilicet hanc eſſe rationem. Accurſius.
c *Ferendus*. eam impedire.
d *Magis*, niſi debita erat in diem, vel ſub conditione, & antè manumiſit: vt. C. de ope. lib. l. mater. &. j̃. de here. inſtitut. l. iij. §. qui fideicommiſſam. Acc.

e M*Atrimonij*. *A nullo alio*. vt &. j̃. de diuo. l. patrono. & ſupra e. quòd & Ateius &. l. in eo iure. & fac. j̃. qui & à quibus. l. matrimonij.

f I*Nceſtæ*. nefariæ nuptiæ dicũtur inter aſcendentes & deſcendentes: & etiã quandoque inceſtæ: vt. j̃. e. l. ſi. Inceſtæ autem dicũtur inter collaterales: inutiles inter omnes: vt inſtitu. de nup. §. ſi aduerſus. Sed cõtra. s̃. de cõdi. ſine cau. l. auunculo. Sol. vt ibi.

Ea non fit libera, niſi intra ſex menſes Græcus ſcholiaſtes.

g N*Vptiæ*. *Ad infinitum*. adeò vt ſi Adam hodie viueret, nullã accipere poſſet: vt inſti. de nup. §. j. Ac.

h E*T nihil*. & facit. s̃. eo. adoptiuus. §. ſeruiles. Accurſius.

l. 4. ca. de inceſtis nup. & No. 12.

i *Nam & volgo*. à ſimili.

k Q*Vin etiam*. *Maneat*. vt inſti. e. §. ij. & propter hoc dicit ferè. s̃. de adop. l. in omni. Accurſius.

l *Ducere*. facit ad hunc §. j̃. de pœ. l. ſi diuortio. & l. ſi quis fortè. & l. capitalium. §. ſolutum. & infra de fur. l. ei qui. & infra e. l. ſi quis. §. quid ergo. Accurſius.

Plato. 6. de rep. l. 17. s̃. e.

m *Intellegor*. Cur ſecus in ea quæ fuit vxor patris adoptiui: vt. &. s̃. e. l. adoptiuus. in princ? Reſpon. quia ibi remanet loco nouercæ: hîc verò remanet loco auiæ, vel materteræ. Accurſius.

Q*Vi in prouincia*.] CASVS in princip. eſt planus. [DIVVS.] Liberta conſuluit principem ſuper huiuſmodi quæſtione. Dicit enim ſe nupſiſſe auunculo ſuo, credens licere de iure, ex conſilio auiæ: & cũ eo ſtetit diu bene per xl. an. & habuit multos filios: an filij eſſent legitimi? Et reſpõ. imperator quòd ſic, fauore liberorum & propter diuturnitatem temporis. Viuia.

†Quia videtur eſſe loco pronouercæ.

n *Notat*. facit ſupra eo. l. ſi quis officium. §. finali.

manumiſerit, liceat libertæ inuito eo nuptias contrahere: [a] puto [b] quia non erat ferendus [c] is qui ex neceſſitate manumiſit, nõ ſuo arbitrio. magis [d] enim debitam libertatem præſtitit, quàm vllum beneficium in mulierem contulit.

LI. LICINNIVS *Rufinus. libro primo Regulatum*.

MAtrimonii cauſa ancilla manumiſſa, à nullo alio [e] vxor duci poteſt, quàm à quo manumiſſa eſt, niſi patronus matrimonio eius renuntiauerit. Si autem filiusfamiliâs matrimonii cauſa iuſſu patris ancillam manumiſerit: Iulianus putat perinde eam haberi, atque ſi à patre eius manumiſſa eſſet: & ideò poteſt eã vxorem ducere.

LII. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum*.

INceſtæ [f] nuptiæ neque dotem habẽt: & ideò omne quod perceptum eſt, licèt fructuum nomine, auferetur.

LIII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale*.

NVptiæ conſiſtere non poſſunt inter eas perſonas quæ in numero parentium liberorúmve ſunt, ſiue proximi, ſiue vlterioris gradus ſint, vſque ad infinitum. [g]

LIIII. SCÆVOLA *libro primo Regularum*.

ET nihil [h] intereſt, ex iuſtis nuptiis cognatio deſcendat, an verò non. nam & volgo [i] quæſitam ſororem quis vetatur vxorẽ ducere.

LV. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale*.

QVin etiam nefas exiſtimatur eam quoque vxorem ducere, quæ per adoptionem filia neptiſve eſſe cœperit: in tantum, vt & ſi per emancipationem adoptio diſſoluta ſit, idem iuris maneat. [k] Patris adoptiui mei† matrem, aut materteram, aut neptem ex filio, vxorem ducere [l] non poſſum: ſcilicet ſi in familia eius ſim. alio quin ſi emancipatus fuero ab eo, ſine dubio nihil impedit nuptias: ſcilicet qui a poſt emancipationem extraneus intellegor. [m]

LVI. VLPIANVS *libro tertio Diſputatunum*.

ETiam ſi concubinam quis habuerit ſororis filiam, licèt libertinam: inceſtum committitur.

LVII. MARCIANVS *libro ſecundo Inſtitutionum*.

QVi in prouincia officium aliquod gerit, prohibetur etiam conſentire filio ſuo* vxorem ducenti.

Temporis diuturnitas, & iuris ignorantia cum numero liberorum, inducunt principem ad legitimationem liberorum. Bald.

In libro ſecundo de adulteriis Papiniani Marcianus notat: [n] Diuus Marcus† & Lucius imperatores Flauiæ Tertulæ per Menſorem libertum ita reſcripſerunt: Mouemur & temporis diuturnitate [o] quo ignara iuris in matrimonio auunculi tui fuiſti, & quòd ab auia tua collocata es: & numero liberorum veſtrorum: idcircoque cum hæc omnia in vnum concurrunt, confirmamus ſtatum liberorum [p] veſtrorum in eo matrimonio quæſitorum, quod antè annos quadraginta contractum eſt, perinde atque ſi legitimè concepti fuiſſent.

LVIII. MARCIANVS *libro quarto Regularum*.

A Diuo †Pio reſcriptum eſt, ſi libertina ſenatorem [q] deceperit quaſi ingenua, & ei nupta eſt: ad exemplum prætoris edicti dandam in eam actionem: [r] * quia ex dote nullum [ſ] lucrum habet, quæ nulla eſt.

LIX. PAVLVS *libro ſingulari de Adſignatione Libertorum*.

SEnatuſconſulto quo cautum eſt [t] ne tutor pupillam vel filio ſuo, vel ſibi nuptum collocet, etiã nepos ſignificatur. [u]

Qui ſuſtinet periculum tutelæ per ſuam perſonam, habetur pro tutore: licet tutor non ſit. ſecus ſi per perſonam alterius. Bartolus.

LX. IDEM *libro ſingulari ad orationem Diui Antonini† & Commodi*.

o *Diuturnitate*. ſpeciale. aliàs contra: vt infra de act. & oblig. l. obligationum fere. §. placet.

p *Statum liberorum*. Confirmatur quidem ſtatus liberorum, ſed non matrimonium: vt. j̃. ad le. Iul. de adul. ſi adulterium. §. iidem Pollioni. Et arg. cõtra. j̃. de decu. l. Modeſtinus. Azo. Sed hîc non fuit acerrimus error: ergo non debuit tenere matrimoniũ: vt. C. de inceſt. nup. l. qui contra Reſpon. matrimonium quidem non tenet: ſed confirmatum fuit ab imperatore, ſecundum Azo. imò non fuit confirmatum, ſed tantùm ſtatus liberorum fuit confirmatus: vt dixi modò.

A *Diuo*. CASVS. Liberta dicens ſe ingenuam, cùm liberta eſſet, nupſit ſenatori: & c. in dotẽ dedit ſub pacto. vt lucraretur dotẽ ſi prædecederet. deinde apparuit liberta: & ſic matrimonium non valet, nec pactũ ſuper dote: cùm neque dos fuerit, qualiter ergo ſenatori conſulitur? Reſpon. aget contra libertam actione de dolo, vel iniuriarum. Viuianus.

q *Senatorem*. qui fecerat pactum de dote lucranda. Accurſius.

*ſecus in filia. l. 38. s̃. eo.

r *Actunẽ*. de dolo. vel dic ſecundum Hu. ſcilicet iniuriarũ. Sed cur in fauorẽ ſenatoris decepti dicitur non valere pactum: vt infra titu. j. ſi res. §. j? Reſpon. matrimonium etiam vtriuſque voluntate nõ poteſt valere: quia prohibetur: per legem: ſed ſecus vbi dolus vnius dedit cauſam contractui. Azo.

†i. Diui fra. ſimile ferè exemplum in. l. 38 j̃. de adult.

ſ *Nullum*. niſi ei ſuccurratur per actionem de dolo: licèt fecerit pactum.

t S*Enatuſconſulto. Cautum eſt*. vt ſupra de ſpon. l. tutor. Azo. & argum. C. de interdic. ma. l. j.

u *Significatur*. vt. &. j̃. de verb. ſig. l. filij appellatione. &. j̃. l. proxi. §. fi. & l. libertũ. §. j. i. reſpon. Accurſius.

†Corr. per Nou. 117.

S*I quis tutor*.] CASVS. Non poteſt tutor quõdam pupillam ſuã in vxorem accipere. de quo ergo tutore: eſt intelligendum, vidẽdum eſt: & primò quærit de eo qui nõ eſt tutor: pertinet: tamen ad eum periculum vt ad tutorem: vt quia ſe falſis excuſationibus excuſauit: vel pupilla eſt capta ab hoſtibus. Secundò quærit de magiſtratibus, & de fideiuſſoribus eorum, an hi contineantur. Et dicit quod nõ: quia neque in numero triũ tutelarũ cõputatur onus. Tertiò quærit de honorario, qui datur cauſa honoris, vt pupillus ſic timeatur. Et dicit hũc cõtineri. Quartò, de eo tutore qui nõ geſſit, dicit cõtineri. Quintò, de eo qui eſt in pendẽti, vt qui ſe excuſabat, & interim puella facta eſt adulta. Et dicit perfici debere ex cuſationem: & ſi vera erit, non continetur, alioquin ſic, licèt alij dixerunt quod neque recipitur poſtea excuſatio, & ipſe contineatur,

*de dolo.

l. 36. s̃. l. 61. j̃. eo. l. 7. j̃. ad. l. Iul. de adul.

†Hinc intellig. quando factũ ſit hoc S C. vide. l. 67. §. 3. j̃. e. vbi ſimplic. vocatur oratio D. Marci.

SI quis tutor quidem non ſit, periculum tamen tutelæ ad eum pertineat, an ſententia orationis contineatur: veluti ſi pupilla ab hoſtibus capta [a] fuerit, aut falſis allegationibus à tutela ſe excuſauerit, [b] vt * ex ſacris conſtitutionibus periculum ad eum pertineat? Et dicendum eſt hos quoque ad ſenatuſconſultum pertinere. Nam & huiuſmodi periculum in numerum trium tutelarum computari comprobatum eſt. Sed ſi propter alterius perſonam periculum ad eum peruenit, videamus ne extra ſentẽtiam ſenatuſconſulti ſit: veluti ſi magiſtratus † in tutelę periculum inciderit, vel fideiuſſerit quis pro tutore, vel curatore: quia nec [c] in numerum trium tutelarum hæc imputantur. Et conſequens eſt hoc probare. [d] Quid ergo ſi honoris cauſa tutor datus ſit, quatenus nec huiuſmodi tutela in numerum computatur, numquid idem ſit? Sed ratio in contrarium ducit, quòd dictum eſt & honorarium tutorem periculum ſolere pati, [e] ſi malè paſſus ſit adminiſtrari tutelam. Quin autem ille qui cùm datus eſt tutor, * ceſſat in adminiſtratione, pertineat ad orationem, non eſt dubitandum: quia perinde tenetur ex ſacris cõſtitutionibus, atque ſi geſſiſſet.

Quid ergo ſi cùm ſe vellet excuſare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, excuſationis negotium fuerit dilatum, & inter moras pupilla adoleuerit? an ad ſenatuſcõſultum pertineat? quæſtio in eo eſt, an & poſt pubertatem officio finito, excuſationem eius recipi oporteat. Nam ſi recipitur, & excuſauerit, impune poteſt ducere. Si verò non debeat recipi poſt officium finitum, non rectè ducit. Et ait Papinianus libro quinto reſponſorum, officio finito excuſationem recipi non oportere: & ideò exacti [f] temporis periculum ad eum pertinere. Sed mihi hoc nequaquam placet. Iniquum eſt enim propter dilationem quæ fortè non dolo, ſed quæ ex neceſſitate contingit, non excuſari, vel nuptias impediri excuſatione recepta. [g] Quamuis verbis orationis cautum † ſit, ne vxorem [h] tutor pupillam ſuam ducat, tamen intellegendum eſt ne deſponderi quidem poſſe. [i] Nam cum qua nuptiæ contrahi non poſſunt: hæc plerumque [k] ne quidem deſponderi poteſt. Nam quæ duci poteſt, iure deſpondetur. Quid ergo ſi adoptiuus filius

A tutoris duxerit pupillam illicitè, poſteáque emancipatus fuerit? Credendum [l] eſt de adoptiuis emancipatis ſenatum non ſenſiſſe: quia poſt emancipationem in totum adoptiuæ familiæ obliuiſcũtur. [m] Naturales liberi licèt in adoptionem dati fuerint, ſenatuſconſulto continentur. Quid ergo ſi tutor datus prouocauit, [n] & poſtea heres eius victus eſt? Præteriti temporis periculum præſtare debet? an verò ſi filius heres fuerit, & victus eſt, ad orationem

B pertineat? Et conſequens eſt hoc probare: quoniam rationem [o] debet reddere.

LXI. PAPINIANVS *libro trigenſimoſecundo Quæſtionum.*

DOte propter illicitum matrimonium caduca facta, exceptis impenſis neceſſariis, quæ dotem ipſo iure minuere ſolent: [p] quod iudicio de dote redditurus eſſet maritus, ſoluere debet. [q]

C In arbitrio dato intelligitur no eligatur perſona prohibita: licèt concedens arbitrium eam eligere potuiſſet. h. d. Bar.

LXII. IDEM *libro quarto Reſponſorum.*

QVanquam in arbitrio matris pater eſſe voluit, cui nuptũ filia communis collocaretur: fruſtra tamen ab ea tutor datus [r] eligetur. Neque enim intellegitur pater de perſona tutoris cogitaſſe: [ſ] cùm ideò maximè matrem prætulit, ne filiæ nuptias tutori committeret. Mulier liberto [t]

D viri ac patroni ſui mala ratione † coniungitur. [u] Tutor qui rationes curatori reddidit: puellam ſuã ante cõſtitutũ tempus ætatis eius vxorẽ ducere, nec matrem ex alio matrimonio factam, poteſt. [x]

Quod ſit contra prohibitionem legis, ipſo iure non valet. ad hoc allegatur.

LXIII. IDEM *libro primo Definitionũ.*

E PRæfectus cohortis, vel equitum, aut tribunus, contra ininterdictũ [y] eius prouinciæ duxit vxorem, in qua officium gerebat. matrimoniũ non erit. [z] quæ ſpecies pupillæ comparanda [a] eſt: cũ ratio potentatus nuptias prohibuerit. Sed an huic quoque, ſi virgo * nupſit, non ſit auferendum quod teſtamento relictum eſt, [b] deliberari poteſt. Exemplo tamen pupillæ nuptæ tutori, quod relictum eſt poteſt mulier conſequi: [c] pecuniam tamen in dotem datam, mulieris heredi reſtitui neceſſe eſt.

tur, vt poſſit eam accipere. Cætera ſunt plana vſque in fi. titu. Viuianus.

a *Capta.* tunc enim finitur tutela, & deſinit eſſe tutor: vt inſtitut. quibus modis tute. fini. §. item ſi in ſeruitutem. licèt periculum ad eum pertineat: vt hîc dicitur.

b *Excuſauerit.* vt & C. ſi ex fal. alle. l. j. & ij. & fi. & inſtitu. de excu. tu. §. fin.

c *Quia nec.* videtur debere eſſe extra ſententiam, quia nec &c. vt & infra de excu. tuto. l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis. Accur.

d *Probare.* vt ſit extra ſententiam ſenatus.

e *Pati.* & propter ſe ſuſtinet, non propter alterius perſonam, & nego. geſtor. vtili: vt infra de teſta. tute. l. ſi nemo. §. fi. Accur.

f *Exacti.* id eſt tranſacti.

g *Recepta.* ſi iuſtè ſe excuſauerit poſt pubertatem. alioquin nõ ita: vt infra eadem. l. §. fina. & argu. de appellatio. l. imperatores. §. ſi magiſtratus. & infra ſi tutor vel curator appel. l. j. & ij. & Cod. de excuſa. tutor. l. quanquam. & ſupra de vſur. l. tutor. j. reſpon. & infra de ſolutio. qui res. §. huic. in fine.

h *Ne vxorem.* ſcilicet tantùm.

i *Quidem poſſe.* vt & ſupra eod. l. tutor. Accurſius.

k *Plerumque.* hoc dictum eſt propter viduam quæ intra tempus luctus poteſt deſponſari: non tamen duci: vt ſupra de his qui notan. infa. l. ſolet. §. quæ virum. idem in his qui officiis fungũtur: vt ſupra eo. ſi quis officium. idem in minore. xij. an. quę poteſt eſſe ſponſa, non tamen nupta.

l *Credendum.* aliàs credendum. aliàs dicendum.

m *Obliuiſcuntur.* ſic ergo confirmatur matrimonium: vt & infra eodem. l. eos qui. §. ſed & ſi. & facit ſupra eodem. l. quin etiam. in fi.

n *Prouocauit.* appellauit ergo. & ſic eſt cõtra inſtitu. de excuſat. tutor. §. qui autem. Solu. non poteſt appellare à nominatione. cæterum ſi nominatus ſe excuſat, & eius excuſatio vt iniuſta repellatur, appellare poterit. Accur.

o *Quoniam rationem.* bona ratio: vt & infra eo. l. libertum. §. ſenatus.

p *DOte. Solent.* vt & infra de impen. in rebus dotal. fact. l. j. §. j. Accur.

q *Soluere debet.* fiſco: vt ſupra eodem. l. inceſtæ. & Cod. de inceſt. & inuti. nupt. l. qui contra. Accurſius.

r *QVanquam. Datus.* à iudice, vel à teſtatore.

ſ *Cogitaſſe.* cùm vxor eſſe non poſſit: vt infra de libe. & poſthu. l. filius à patre. §. ſi quis eo tempore. & Cod. de interdict. ma. l. ſi patris. Et not. hîc argu. quòd in generali ſermone &c. vt & .ſ. de ſeruit. l. ſi cui. Acc.

t *Mulier liberto.* nupta patrono.

u *Coniungitur.* poſt coniunctionem patroni ſui inuito eo: vt ſupra eod. l. in eo iure. in prin. Accur.

x *Factam poteſt.* etiam ſi de alio matrimonio ante vigintiquinque annos ſit mater: quia ſuſtulit liberos.

y *PRæfectus. Interdictũ.* legis ſcilicet.

z *Non erit.* vt Cod. de nup. l. & ſi. Accur.

a *Comparanda.* nam nec ibi valet matrimonium cum tutore contractum: vt infra eo. l. non eſt.

b *Relictum eſt.* ſcilicet à tali viro.

c *Conſequi.* imò videtur quòd non: vt .ĵ. de vſufru. leg. l. vxori maritus. Solu. ibi dicit litera vna, non poſſe repeti quod ex ea cauſa ſolutum eſt: & ſic concordat. vel ſi eſt poſſe: dic quòd loquitur in eo caſu, cum perpetua erat prohibitio: hîc cũ non erat perpetua: & ideò legatum capere poterat. vel melius, ibi loquitur de ea vxore quæ ſciebat ſe illicitũ contrahere matrimoniũ: arg. ĵ. de leg. j. l. fi. Itẽ hoc in legatis. ſec⁹

* perperam Hal. leg. aut.

† Municipalis, nõ alius.

* qui & honorarius. l. 14. ĵ. de ſolut.

† l. tutor. ſ. de ſponſalibus.

† ne quis poſſit dicere quòd adhuc viuo patrono in eam cõmiſit adulterium. Græ. ſcho. hoc notant.

* i. impubes. vide. l. 2. ĵ. de his quæ vt indign.

autem in datis vel donationib⁹ inter viuos: vt.j̃.de don.inter vi.& vxo.l. cũ hîc. §.fi. & C. de dona.antè nup.l. ea quæ.quæ ſunt ar. contra. & facit infra de his qui.vt indign.l.ij.§. itẽ ſi quis.

a *Libertum. Vel filio.* quod eſt prohibitũ: vt.s̃.eo.l.ſenatus.

b *Compelluntur.* ſimilis ratio: vt.s̃.de adopti. l. nec ei. j. rñ. ſic ergo & in extraneo: cùm ibi ſit eadẽ ratio: vt.j̃.de fonte.l.j.§.interdictũ.& s̃. ad.l.Aquil.l.illud.

† At filiũ ꝓhibetur propter authoritatẽ mariti in vxorem.

c *Collocare.* cùm ceſſet ibi prædicta ratio: vt & C.de inter. ma. l. curatorẽ.&.s̃.eodẽ.l.ſi quis officium.§.fi.

d *Eos qui. Legitimos eſſe.* vt C. de nup. l.& ſi cõtra. Sed an illi qui antè depoſitũ officium nati ſunt, legitimi ſint? Reſpondit non, argu.ſupra de ſta. homi.l.Paulus.quæ eſt contra. & argu. ſupra eodem. l. ſi quis in ſenatoria. ſecus in concubina: vt inſt. de nup. §.fin.

*Eodẽ, ſubaudi libro, vt ad *Paulum* referatur.

e *Non eſt matrimonium. Intra vicẽſimum & ſextũ.* & infra quadriẽnium: vt C.de interdicto mat. l.ſi tutor.&.l.ſi patris.Azo.

f *Deſtinatam.* quia tũc valeret: vt infra de iur. dot.l. cùm poſt. §. nuptiis. & ſupra eodem l.tutor.in fi. Et ſic nota quòd iuſſus maioris excuſat: vt ſupra de his qui not.infa. l. furti. §. qui iuſſu.

Maioris iuſſus excuſat.

g *Vterque.* ſcilicet pater & filius. ſed contra ſupra de infa.l.qui iuſſu. Sol. in alio caſu dicit. vel hîc filius conſenſit ſpontè. Accur.

† Perperam autẽ in quibuſdã libris leg. ſeptimũ. Concord. cũ l.7.j̃. de adul.

h *Adminiſtrat.* vt tutor: vt ſupra eodem.l. libertum.non aliter: vt infra eod.l.penulti.§.ſi puellæ.Accur.

i *Non ſolùm. Suſpicionem.* quæ aliàs adeſt: vt C.de ĩter. ma. l.ſi tutor vel cura.Not. ergo hîc ꝙ cauſa affectionis remouet malã ſuſpicionẽ: vt C. de ado.l.pe.§. ſi verò pater naturalis.in fi.§. quandoque autem inducit: vt C.vbi pu.educ. de.l. fi.& C.de exc.tut.l.antepe.quę ſunt ar.cõtra.

Affectionis cauſa ſuſpicionẽ remouet.

k *In eiuſdem poteſtate.* huic quæſtioni nõ reſpondet: ſed potes dicere ſic: vt infra de excu.tu.l.tria.

LXIIII. CALLISTRATVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

LIbertum, eundémque tutorem pupillæ, eo quòd in matrimonium collocata ipſi tutori ſuo vel filio [a] eius eſt, ſenatus relegandum cenſuit. Senatuſconſulti quo prohibentur tutores & filij eorum pupillas ſuas ducere, puto heredem quoque tutoris extraneum ſententia adprehendi: cùm ideò prohibuerit huiuſmodi nuptias, ne pupillæ in re familiari circumſcribantur ab his qui rationes eis geſtæ tutelæ reddere compelluntur. [b] Tutor autem pupilli non prohibetur filiam † ſuam collocare [c] pupillo ſuo in matrimonium.

LXV. PAVLVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

EOs qui in patria ſua militant, non videri contra mandata ex eadem prouincia vxorem ducere: ídque etiam quibuſdam mandatis contineri. Idem eodem* reſpondit: mihi placere, etſi contra mandata contractum ſit matrimonium in prouincia: tamen poſt depoſitum officium, ſi in eadem voluntate perſeuerat, iuſtas nuptias effici: & ideò poſtea liberos natos ex iuſto matrimonio, legitimos eſſe. [d]

Pœna extraordinaria quæ venit imponenda propter iniuriam factam alteri, debet moderari ſecundùm qualitatem & dignitatem illius, vt maior imponatur ſi eſt nobilis, quàm ſi ignobilis, qui recipit iniuriam. ad hoc allegatur, & eſt notandum.

LXVI. IDEM *libro ſecundo Sententiarum.*

NOn eſt matrimonium, ſi tutor vel curator pupillam ſuã intra vicenſimum & ſextum [e] † annum non deſponſatã à patre, nec teſtamento deſtinatam, [f] ducat vxorem: vel eam filio ſuo iungat: quo facto vterque [g] infamatur: & pro dignitate pupillæ extra ordinem coërcetur. Nec intereſt, filius ſui iuris, an in patris poteſtate ſit. Curatoris libertum eam pupillam, cuius patronus res adminiſtrat, [h] vxorem ducere, ſatis inciuile eſt.

Non ſummatur: quia breuis. Baldus. Nota tamen ſecundùm Bartolum quòd inter coniunctas perſonas de facili præſumitur fraus. pro hoc infra de bon. liber. l. penulti. & Cod. de naturalib. liberis. l. iij. circa finem. Bartolus.

A LXVII. TRYPHONINVS *libro nono Diſputationum.*

NOn ſolùm viuo tutore, ſed & poteſt mortem eius filius tutoris ducere vxorem prohibetur eam, cuius tutelæ rationi obſtrictus pater fuit. Nec puto intereſſe, extiterit ei heres filius, an abſtinuerit paterna hereditate, an nec heres fuit, fortè exheredatus, aut præteritus, emancipatus. Nam & fieri poteſt, vt per fraudem in eum collata* bona patris propter tutelam reuocari oporteat. B De vno dubitari poteſt, ſi auus tutelam geſſit neptis ex filio emancipato natæ, an nepoti ex altero filio eam collocare poſſit, ſiue emancipato, ſiue manenti in poteſtate: quia par affectionis cauſa ſuſpicionem [i] fraudis amouet. Sed etſi ſenatuſconſultum ſtricto iure contra omnes tutores nititur, attamen ſummæ affectionis auitæ intuitu huiuſmodi nuptiæ concedendæ ſunt. Sed & ſi filiusfamiliâs tutor puellæ vel curator fuit: C puto vel magis patri eius non oportere eam nubere. Nunquid nec fratri, qui eſt in eiuſdem poteſtate? [k] Sed videamus, ſi Titij filius duxerit vxorem eam, quæ tua pupilla fuit, deinde Titium vel filium eius adoptaueris, an perimentur nuptiæ, vt in genero [l] adoptato † dictum eſt: an adoptio impeditur. Quod magis [m] dicendum eſt: & ſi curator dum gerit curam, adoptauerit maritum eius puellæ cuius curator eſt. D Nam [n] finita iam tutela, & nupta puella alij, vereor ne longum [o] ſit adoptionem mariti eius impedire, [p] quaſi propter hoc interponatur, vt ratio tutelæ reddendæ cohibeatur: quam cauſam prohibitionis nuptiarum contrahendarum oratio diui Marci* cõtinet.

* Flo collocata.

† §. Sed ſi qua. Inſti.de nupt. vbi Theop. idẽ ait.& Græc. text. βασιλικ. lib 28. tit.2. tamẽ imperitè id negauit. Balduin. in comm. ad inſtit.

*Quę Marci & Commodi eſſe, dicta eſt in inſcriptione. l.60.j̃.eod. Vide Gręcos interpr. ad hunc locum.

l *Vt in genero.* Pone exẽplum quãdo filius adoptiu⁹ cõtrahit matrimoniũ cũ filia mea non emancipata, antè adoptionem.nec enim tenet matrimoniũ: vt s̃.e.l.per adoptionem. &. l. quin etiam. Item ille filius adoptiu⁹ gener eſt. Alij dicunt, vt quia pater adoptiu⁹ filij pupillã cuius tutelã gerit, ei dat. ſed certè hîc videtur omnis ſuſpicio ceſſare: vt ſupra ea.l.§.de vno.

m *Quod magis.* referas te ad proxi. §. ſcilicet vt impediatur adoptio, & matrimonium duret: licèt quidã contra dixerũt: quo nil falſius: vt probatur per. l. C. de nup.l.fina.ſecundùm Ioan. & de excu. tu.l.ampliſſimi.Acc.

n *Nam.* dixi durante tutela adoptionẽ impediri: nam &c.

o *Longum.* id eſt remotum à ratione.Acc.

p *Impedire.* certè impeditur, quaſi &c.

q *Et ſi.* i.quãuis.Acc.

r *Simplex.* id eſt ſine eo priuilegio quod defuncto cõpetit: vt.j̃.de admi.tuto.l. ex pluribus. Accurſius.

ſ *Cui.* ſcilicet puellæ.

t *Cõiungere.* cur etiam extrane⁹ heres tutoris prohibetᷣ à nuptiis ei⁹ quæ fuit in tutela: cùm filia pupillæ non prohibetᷣ copulari ipſi tutori? Rñ. quia etiã heres extraneus rationẽ reddere tenetur eodẽ modo quo & ipſe: ideóq; ſicut tutor prohibetur, ita & ipſe. ſed heres pupillæ non eodem modo, id eſt non cum eodem priuilegio

Et ſi [q] quis curator vẽtri boniſq; datus ſit, prohibitionẽ eiuſdẽ ſenatuſcõſulti inducit. Nã & hic debet rationẽ reddere. Nec ſpatiũ adminiſtrationis mouere nos debet: quia nec in tutore nec curatore diſcrimẽ maioris aut minoris tẽporis, quo in huiuſmodi munere quis fuerit, habitũ eſſe.

E No. q. priuilegiũ quod habet pupillus in actione tutelæ, nõ tranſit ad heredem etiam ex eo deſcendentem, & per hoc reprobatur glo. in. l. ex pluribus. infra de admi. tutor. & in. l. damus. §. j. infra de priuile. credi. ſecundùm Iacob. de Are. Bartolus.

Si puellæ tutelam Titius adminiſtrauit, vel curator negotia geſſit, eáque nondum recepta ratione deceſſit, filia herede relicta: quæritur, an eã filio ſuo poſſet Titius collocare in matrimonium, dixi poſſe: quia ratio hereditaria eſſet, & ſit ſimplex [r] debitum: alioquin omnis debitor eã cui [ſ] obligatus eſſet ex aliqua ratione, prohibetur ſibi, filióque ſuo coniungere. [t] Sed & is qui pupillam abſtinet bonis patris ſui, rationẽ eius rei præſtare debet: & fieri poteſt, vt & ſi inconſultius hoc fecerit, & hoc nomine condemnari

quo ipſa pupilla: vt &.j̃.de admi.tu.l.ex pluribus.ideóque licèt prohibeatur pupillæ matrimonium, non tamen heredis eius. Et eſt hæc quæſtio ſimilis ei quæ fit de herede liberti, quare nõ prę-ſtat reuerentiam, ſicut libertus præſtat heredi patroni? Reſpon. ideò, quia heres liberti omnia iura ingenui habet: vt.j̃.de obſequiis.l.heres. heredi verò patroni præſtatur à liberto: quia heres etiam extraneus in ius patroni ſuccedit: vt. C. de in ius vo.l.ij.

a *Iuriſdictionis*. quę dedit abſtinẽdi facultatẽ.

b I*Vre. Committit*. in aſcendentibus & deſcendentibus prẹſumitur ſcientia: argu.j̃. vnde cogn.l. octaui.& C. de in integ. reſt.mi. l.de tutela.

c *Palam fecerit*. hæc ſunt vera cum dubitatur quis contraxit matrimonium, ſciens an ignorans. ſed ſi certum ſit quòd qui palam cõtraxit, ſcierit: punietur æqualiter cum eo qui clam contraxerit. Azo. Item not. hîc ar. quòd plus delinquit qui clã facit quàm qui palam: vt arg.j̃. de admini. tu. l.non exiſtimo.& infra de auct. tu.l.v.§.ſane ſi ipſe & infra de iur.fiſc. l. non intelligitur. §. ſi quis. &. C. de repu. l. vxor. Sed arg. cõtra.j̃. vi bo.rap.l.ij.§.generaliter.& inſtit. de oblig. quæ ex delic.§.pœna.

* Eadẽ differentia ſeruatur iure canõ.c.cùm inter. extr. Qui filij ſint leg. c. 3. de clãdeſt. deſ.

† Quales cõſtituẽdæ dotes, Plato dialogo. 6. de legib. & Ariſto. lib.2. Politic.cap. 7.

DE IVRE dotium.

*Dos eſt pecunia marito nuptiarum cauſa data, vel dicta vel promiſſa. Datio, dictio, promiſsio, contractus ſunt. Vel dos eſt ius pecuniæ conſtitutæ marito pro oneribus matrimonij. Vel, quod vxor ſecum ad maritum defert, quódve marito cauet matrimonij ergò. Vel, penſatio onerũ matrimonij. qua ratione Martianus Capella non malè dotis offerendæ cumulandæq́; reciprocum dixit, & alio loco, vtrum repẽſatrix data, id eſt vtrũ dos data. Cuiac.*

*Dos eſt pecunia nuptiarũ cauſa data. Varro lib. 4 de ling. lat. cui ſi addideris verbum viro. erit plena definitio vide Vlp. in Frag. tit. de dotib. 6.

d D*Otis* *cauſa*. i. datio dotis ob matrimonium.

l.34.59.67 68. 74. Infra eo.

e *Et cum*.&, pro. id eſt. Accurſius.

f *Vt ſemper*. vnde dicitur matrimoniũ habere indiuiduam conſuetudinem: vt inſtit. de pa.po.in princ.

g R*Eipublicæ. Poſſint*. vt infra ſoluto matrimo.l.j.

h D*Otis. Eſſe poteſt*. vt ſupra tit. j.

demnari debeat. Sed etſi optimo conſilio vſus ſit auxilio prætoriæ iuriſdictionis, [a] quia non ſoluendo pater eius deceſſerat: nihilominus tamẽ quia iudicio hoc probari oportet, impediuntur nuptiæ. Nam qui bene tutelam & ex fide adminiſtrauit, nihilo minus prohibetur.

Si actus prohibitus celebratur palam, poteſt quis prætextu ignorantiæ excuſari. ſecus ſi clam. Bar.

B

LXVIII. PAVLVS *libro ſingulari ad ſenatuſconſultum. Turpillianum.*

IVre gentium inceſtum committit, [b] qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium vxorem duxerit.* Qui verò ex latere eam duxerit, quam vetatur, vel adfinem quam impeditur: ſi quidem palam fecerit, [c] leuius: ſi verò clam hoc commiſerit, grauius punitur. cuius diuerſitatis illa ratio eſt circa matrimonium quod ex latere non bene contra- C hitur: palam delinquentes, vt errantes maiore pœna excuſantur: clam committentes, vt contumaces plectuntur.

## DE IVRE DOTIVM.†
## TITVLVS III.

Dos datur eo animo, vt ſemper apud maritum ſit. h.d. Baldus.

I. PAVLVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

DOtis cauſa [d] perpetua eſt: & cum [e] voto eius qui dat, ita contrahitur, vt ſemper [f] apud maritum ſit.

D

II. IDEM *libro ſexagenſimo ad Edictum.*

REipublicæ intereſt mulieres dotes ſaluas * habere, propter quas nubere poſſint. [g]

Vbi non eſt matrimonium, ibi non eſt dos, ſed quaſi dos putatiua. Baldus. Sed an vidua dicatur habere dotem? Videtur quòd nõ, vt hîc. contradicit Baldus C. vnde vir & vxor.l.1.in fin. vbi vide.

III. VLPIANVS *libro ſexagenſimotertio ad Edictum.*

E

DOtis appellatio non refertur ad ea matrimonia quæ conſiſtere non poſſunt. Neque enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt. [h] Vbicumq; igitur matrimonij nomen non eſt, nec dos eſt.

Incrementum vel acceſſio non facit nouam dotem: ſed veterem auget. hoc dicit. facit iſta lex, quòd ſi ille qui emit, vel in dotem accepit proprietatem, ſoluit gabellã: vſufructu redeunte ad proprietatem, non tenetur ſoluere pro eo gabellam. non enim eſt noua adquiſitio, ſed prima res adquiſita in re ipſa augmẽtata abſque facto hominis. Bartolus.

A l.inceſtæ.& infra de priu.cre.l.intereſt. & infra de condi.& de.l. hoc modo legato.&.C.de dona.antè nupt.l.fin.§.ſicut.

i P*Rofecticia. Parente*. id eſt auo paterno, vel proauo. Accurſius.

k *Vel facto*. vt patet ſtatim per multa exẽpla: vt argu. j̃. de vul. ſub. ſed & ſi plures. §. in arrogato.&.C.de coll. vt liberis. Sed contra. j̃.eo.§.ſi pater.Solu.vt ibi.

l *Non eſſe*. quia & alia ratione vir ſucceſſionẽ habiturus eſt: & ideò ſi talia vir vxori donauerit, donatio valet, cùm non fiat pauperior: vt infra de dona. inter vi. & vxor. ſi ſponſus.§. ſi maritus.

m *Iulian⁹*. iſte Iul. veritatẽ ſolã ſimpliciter eſt locutus. fictione tamẽ legis aliud eſt. ſ. vt ſit profecticia: quia patris facto dotẽ conſtitutã negare nõ poteſt: vt.s̃. eodẽ, circa prin. huius legis, quæ eſt cõtra.& duo vidẽtur act⁹ interueniſſe, quaſi patri ſit legatũ ſolutũ: & pater dediſſe in dotẽ poſtea videatur: vt.j̃. de fun. do. ſi nuptura.§.fin. & inſtit.ꝑ quas perſo.no. acquir. §.j. quæ ſimiliter eſt cõtra. vel ſecundũ Ir. fortè aliud eſt cũ pater repudiat: vt hîc. aliud cũ ipſa mulier ſiue filia: vt.d.l.ſi nuptura.

n *Non poßit*. quia non ſit ſoluendo.

o *Reo*. ſ. ſoluenti.

p *Mutuatus*. in negotium ſcilicet patris: vt & ſupra de in rem ver. l.& ideò.§.fi.

q *Dederit*. qui dotem ſoluerit.

r *Iure ciuili*. vt & infra de dona.inter vi.& vxor. l. ſiue vxor. Accurſius.

IIII. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

SI proprietati nudæ in dotem datæ vſusfructus acceſſerit, incrementum videtur dotis, nõ alia dos: quemadmodum ſi quid al- B luuione acceſſiſſet.

Primò ponit ſummarium.& de iſto feci magnum feſtum in.l.1.infra. ſol.ma. Bartolus.

V. VLPIANVS *libro trigenſimoprimo ad Sabinum.*

PRofecticia dos eſt, quæ à patre vel parente [i] profecta eſt de bonis vel facto [k] eius. Siue igitur parens dedit dotem, ſiue procurator eius, ſiue iuſſit alium dare, ſiue cùm quis dediſſet negotium eius gerens, parens ratum habuerit: profecticia dos eſt. Quòd ſi C quis patri donaturus, dedit, Marcellus libro ſexto digeſtorum ſcripſit, hanc quoque à patre profectam eſſe.& eſt verũ. Sed & ſi curator furioſi, vel prodigi, vel cuiuſuis alterius dotem dederit: ſimiliter dicemus dotem profecticiam eſſe. Sed & ſi proponas prætorem vel præſidẽ decreuiſſe quãtum ex bonis patris vel ab hoſtibus capti vel à latronibus oppreſſi filiæ in dotem detur: hæc quoque profecticia videtur. Si pater re- D pudiauerit hereditatẽ dotis conſtituendę cauſa, fortè quòd maritus erat ſubſtitutus, aut qui potuit ab inteſtato hereditatem vindicare: dotem profecticiã non eſſe [l] Iulianus [m] ait. Sed & ſi legatum in hoc repudiauerit pater, vt apud generum heredem remaneat dotis conſtituendæ cauſa: Iulianus probat nõ eſſe profectũ id de bonis, * quia nihil erogauit de ſuo pater, ſed non adquiſiuit. Si pater † non quaſi pater, ſed alio dotẽ promittente fideiuſſit, & quaſi fideiuſſor ſoluerit, Neratius ait non eſſe profecticiã dotem, quamuis pater ſeruare à reo id quod ſoluit, non poſſit. [n] Sed ſi E pater dotẽ promiſſit, & fideiuſſorẽ vel reum pro ſe dedit: ego puto profecticiam eſſe dotẽ. Sufficit enim quòd pater ſit obligatus, ſiue reo, [o] ſiue fideiuſſori. Si filiusfamiliâs mutuatus [p] creditorem delegauit, vt daret pro filia dotẽ, vel etiam ipſe accepit, & dedit: videri dotem ab auo profectã Neratius ait hactenus, quatenus auus eſſet dotaturus neptẽ ſuam. id enim in rem aui videri verſum. Si quis certam quantitatẽ patri donauerit, ita vt hãc pro filia daret: nõ eſſe dotẽ profecticiã Iulianus libro ſeptimodecimo digeſtorũ ſcripſit. obſtrictus eſt enim vt det: aut ſi nõ dederit, [q] condictione tenetur. Hoc & in matre iuris eſſe ait, ſi fortè ſub ea cõditione vxor marito det, vt pro filia genero in dotẽ daret: nec videri vxorẽ marito donaſſe. Rectiſſimè ergo ait, vt nõ ſit interdicta donatio iure ciuili. [r] Nõ enim

* bonis tris.

† Lu. Ro fo. 6 ſing. 167. reputat iſtũ tex. vnicum ad hoc, ꝙ ſi extrane⁹ ꝓmiſit dotem pro filia alterius, & pater vt fideiuſſor extranei ſoluerit, nõ poterit repetere à debitore extraneo. in quo intellectu fuit decept⁹ Lu. vt potes videre hîc in nouis interpret. Bol.



UNED

a *Tenetur.* vt & infra de dona.l.ij.§.j.
b *Vtimur.* vt & infra eod.l.cùm vxor.& argu.ſupra ad Macedo. l.ſed & ſi.§.j.
c *Promiſerit.* pro ſua filia. Accurſius.
d *Aes alienum.* quaſi de bonis ſuis, non de bonis aui huius neptis. nam volebat eam à ſe, nõ à patre ſuo eſſe profectam. aliàs ſecus: vt ſupra de in rem ver. l. & ideo.§.fin.Accur.
e *Profecticiã.* Sed quæro an ſine ſtipulatione reuertatur ad patrem, cùm ipſa mulier videatur ſtipulari, cũ ab extraneo datur. Extrane⁹ autẽ dicitur, qui eam in poteſtate nõ habet: vt C.de rei vxor.act.§.accedit? Reſpõ.ſecũdum Ir.tutius eſt ad patrem debere reuerti, etiã ſine ſtipulatione, ſi vt parẽs dedit: quod poteſt colligi ex hac.l.&.j̃.de diuor.& repu.l. ſi filia.& j̃.ſol.ma.l.filię.Sed Io. contra per.d.l.C.de rei vxo.act.§.accedit. ADDITIO. Dic ꝙ opinio Ioan. eſt vera: quia per emancipationẽ cõſolidatur actio dotis filiæ. ergo ſi cõſolidatur iam quęſita patri: ergo multò magis impeditur acquiri per emancipationem, ſecundũ Bal.hîc.
f *Videri.* ſic & adoleſcẽti furioſo datur curator magis vt adoleſcẽti quàm vt furioſo: vt infra de tute. l.iij.§.j.Accurſius.
g *Dotem.* id eſt dotis obligationem. Accur.
h *Nuntium.* facta ergo erant ſponſalia.
i IVre.Sentiret. vt. & C. de bo. quæ liber. l. ij. & facit. j̃. de don.cau. mor.l.ſi alienam. &.l.qui alienam. Accurſius.
k *Profectus.* cùm nomine eius Publicianã habeat: vt ſupra de euic. l.pater filiæ.
l *Circumuentus ſit.* in æſtimatione rerũ. alioquin videtur obuiare. C. ſi aduer. do.l.j. vbi dicitur de ea quæ omnia bona ſua circũuenta dedit in dotem: quæ reſtituitur propter ætatem. ergo ſi maior, non reſtitueretur: ſed hîc dicit quòd ſic. vel melius, hoc verũ eſt cùm dol⁹ aduerſarij ad fuit. Vel dic ſpeciale in dote, vt etiam maior reſtituatur, deceptus re ipſa, ſecundum quoſdam: vt not. infra eo. l.ſi res.§.j.

† Vt ad quẽ ſumm⁹ mœror morte filiæ venit, ad eundẽ ſummus honor perueniat. Cic.in orat. pro Quĩtio.

ad hoc dedit, vt ipſe habeat, ſed vt genero pro filia expendat. denique ſi non dederit, condictione tenetur.[a] eſſe igitur dotem iſtam aduenticiam Iulianus ait: & ita vtimur.[b] Si filiusfamiliâs dotem promiſerit,[c] & ſui iuris factus dederit: profecticiam eſſe dotem. non enim pro hereditate patris æs alienum ſoluit: ſed ſuum æs aliẽnũ,[d] ſuſceptum dum filiusfamiliâs eſſet, paterfamiliâs factus exonerauit. Si pater pro filia emancipata dotem dederit, profecticiam[e] nihilo minus dotem eſſe nemini dubium eſt: quia non ius poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profecticiam facit: ſed ita demum, ſi vt parens dederit. Cæterum ſi cùm deberet filię, voluntate eius dedit: aduenticia dos eſt.

Nota textum mirabilem, quòd quando pater curator filiæ promittit dotem: videtur promittere vt pater, non vt curator. Bart.

Papinianus libro decimo quæſtionum ait, cùm pater curator ſuæ filiæ iuris ſui effectæ dotem pro ea conſtituiſſet, magis eum quaſi patrem id, quàm quaſi curatorem feciſſe videri.[f] Iulianus libro nonodecimo Digeſtorum adoptiuum quoque patrẽ, ſi ipſe dotem[g] dedit, habere eius repetitionem ait.

Cùm quis dat ex perſona alterius, ſi quidem poterat euitare ne daret: ipſe dare videtur, non ille ex cuius perſona dat. ſed ſi vitare non poterat, ille non ipſe videtur dare. hoc dicit.

Si quis pro aliena filia dotem promiſerit, & promiſſori pater heres exſtiterit: Iulianus diſtinguit intereſſe, antè nuptias pater heres exſtiterit, & dotem dederit: an poſtea. ſi antè, videri dotem ab eo profectam. potuit enim nuntium[h] remittendo reſoluere dotem. quòd ſi poſt nuptias, non eſſe profecticiam.

Afflictus in vno, releuandus eſt in altero: ne detur afflictio. afflicto. hoc dicit.

VI. POMPONIVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

IVre ſuccurſum eſt patri, vt filia amiſſa, ſolatij loco cederet,† ſi redderetur ei dos ab ipſo profecta: ne & filiæ amiſſæ & pecuniæ damnum ſentiret.[i] Si pater alienum fundum bona fide emptum in dotem dedit, ab ipſo profectus[k] intelligitur. Si in do-

A te danda circumuentus ſit[l] alteruter, etiam maiori annis viginti-quinque ſuccurrendum eſt: quia bono & æquo non conueniat, aut lucrari aliquẽ cum damno[m] alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum.

VII. VLPIANVS *libro trigeſimoprimo ad Sabinum.*

DOtis[n] fructum ad maritum pertinere debere, æquitas ſuggerit. cũ enim ipſe onera matrimonij ſubeat, æquum eſt eum etiam fructus percipere. Si fructus conſtante matrimonio percepti ſint, dotis nõ erunt.[o] ſi verò antè nuptias percepti fuerint, in dotem conuertuntur,[p] niſi fortè aliquid inter maritum futurum & deſtinatam vxorem conuẽnit. tunc enim quaſi donatione facta fructus non redduntur.[q] Si vſuſfructus in dotem datus ſit, videamus vtrum fructus reddendi ſint, C nécne. Et Celſus libro decimo digeſtorum ait intereſſe quid acti ſit: & niſi appareat aliud actum, putare ſe ius ipſum in dotem eſſe, non etiã[r] fructus qui percipiuntur. Si res in dotem dentur, puto in bonis mariti fieri: acceſſionémque temporis marito ex perſona mulieris concedendam. Fiunt autem res mariti, ſi conſtante matrimonio in dotem dẽtur. Quid ergo ſi antè matrimonium? Si quidem ſic dedit mulier, vt ſtatim eius fiant, efficiuntur. Enimuerò D ſi hac conditione dedit, vt tunc efficiantur cum nupſerit,[ſ] ſine dubio dicemus tũc eius fieri, cum nuptiæ ſecutæ fuerint. Proinde ſi fortè nuptiæ non ſequantur nuntio remiſſo: ſi quidẽ ſic dedit mulier, vt ſtatim viri res fiãt: cõdicere eas debebit miſſo nuntio. Enimuerò ſi ſic dedit, vt ſecutis nuptiis incipiant eſſe: nuntio remiſſo ſtatim eas vindicabit. Sed antè nuntium remiſſum ſi vindicabit: exceptio poterit nocere vindicanti aut doli, aut in factum. Doti enim de-E ſtinata nõ debebunt vindicari.[t]

VIII. CALLISTRATVS. *libro ſecundo Quæſtionum.*

SEd niſi hoc euidenter actum fuerit, credendum eſt hoc agi, vt ſtatim res ſpõſi fiant: & niſi nuptiæ ſecutæ fuerint, reddantur.[u]

IX. VLPIANVS *libro trigeſimoprimo ad Sabinum.*

SI ego Seiæ res dedero,[x] vt ipſa ſuo nomine in dotem det: efficientur eius, licèt non in dotem ſint datæ: ſed condictione tenebitur.[y] quòd ſi pro ea res ego

m *Cum damno.* vt & ſupra de condict.inde.l.nam natura.
n DOtis. vt &.j̃.eo.l.plerumque.§.ſi ſerui.in fin.&.C.eod.l. pro oneribus. &.ſ̃. fami.er.l. ſi maritus. & argu. de act. empt.l.fructus. Et not. hîc quòd quandoque lucratur fructus, & tamen non ſuſtinet onera matrimonij. nã ſol. ma. dotem in pecunia exiſtentẽ non reſtituit niſi poſt annũ: vt. C.de rei vxo. act.§. exactionem. quandoque ſuſtinet onera, & tamen nõ lucratur: vt puta ſi antè nubilem ætatẽ eam nutriuerit. Eſt & alius caſus: vt ſi contracto matrimonio ſuſtinet onera: nec petit fundũ ſibi dari: vt.ſ̃.ſol. ma.l. de diuiſione. Illud autem generaliter eſt no. ſecundum Azo. ꝙ tria exigũtur vt maritus lucretur fructus, ſcilicet quòd cõtractũ ſit matrimonium: & tradita ſit poſſeſſio vel res: & quòd quis ſuſtinuerit onera matrimonij. cæterum ſi quod iſtorum trium defuerit, contrarium erit: vt ex prædictis. legibus patet. & probatur. j̃. de do.excep.l.pater.Accur.

Maritus vt dotis fructus lucretur, tria requirũtur.

o *Non erunt.* vt &.ſ̃. proxi.reſpon.
p *Cõuertuntur.* vt.ſ̃.de vſur. videamus.§. antè matrimoniũ.&.j̃.eo.l. ſi ſeruo in dotem.&.j̃. de pact. do.l. ſi liberis. §.Paulus.Accurſius.
q *Non redduntur.* valet enim antè facta donatio: vt.j̃.de dona. inter vi.& vxo.l.inter.Acc.
r *Non etiam.* vt infra eod.l.cùm in fundo.in princ.
ſ *Cum nupſerit.* ſic ergo dominium ſub cõdict.datur: vt infra de acquiren. poſſeſ. l. qui abſenti.§.ſi quis.
t *Vindicari.* quamdiu ſpes eſt ꝙ matrimoniũ fieri debeat: vt ſupra de condict. ob cau. da. l. quod ſeruus.&.j̃.eo.l. ſi pater.§. quæ debitorem.&.l.ſi debitor.
u SEd niſi.Reddãtur. vt &.j̃. de vſuc. pro do.l.j. &. j̃.eod. l. dotem. Et not. huiuſmodi verba intelligi ſecũdum iuris effectũ. ſic & infra de condit. & demon.l.hæc conditio.&.C.ſi man.ita fue. alie.l.ea quidem.
x SI ego.Dedero. non donaturus.ſcilicet aliàs: alioquin contra: vt. j̃. de dona.l.& generaliter. Azo.
y *Tenebitur.* vt.j̃.eo.l. licet

licet.§.quotiens.&.ſ̃.de condic.ob cau.l.ſi donaturus.
a *Vindicare*.miſſo nuntio:alias non:vt.ſ̃.eo.l.dotis.
b *Ex poſteriore*. ſcilicet quando ſic dederam vt demum ſecutis nuptiis fiant accipientis:vt ſupra proxi.
c *Si res alicui*.marito futuro.Accur.

dem: ſi quidem antè nuptias, intereſt qua conditione dedi: vtrum vt ſtatim fiant accipientis: an ſecutis nuptiis. ſi ſtatim, nũtio miſſo condicam, ſin verò non ſtatim, potero vindicare: [a] quia meæ res ſunt. Quare & ſi ſequi nuptiæ nõ poſſunt propter matrimonij interdictionem: ex poſteriore [b] caſu
B res meæ remanebunt. Si res alicui [c] tradidero, vt nuptiis ſecutis dotis efficiantur, & antè nuptias deceſſero: an ſecutis nuptiis dotis eſſe incipiant? Et vereor, ne non poſſint in dominio eius effici, cui datæ ſunt: quia poſt mortem incipiat dominium diſcedere ab eo qui dedit: quia pendet donatio in diem nuptiarum: & cùm ſequitur conditio nuptiarum, iam heredis dominium eſt: à quo diſcedere rerum non poſſe dominium inuito
C eo fatendum eſt. Sed benignius eſt fauore [d] dotium, neceſſitatem imponi heredi conſentire ei quod defunctus fecit: aut ſi diſtulerit, vel abſit, etiam nolente vel abſente eo, dominium ad maritũ ipſo iure transferri, ne mulier maneat indotata. Dotis autẽ [e] cauſa data, accipere debemus ea quæ in dotem dantur. Cæterùm ſi res dentur in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli † peculium appellant: videamus, an ſtatim efficiantur mariti. * Et putem, ſi ſic dentur, vt fiant, effici
D mariti: & cùm diſtractum fuerit matrimonium, non vindicari oportet, ſed condici: [f] nec dotis actione peti: vt diuus Marcus, & Imperator noſter cum patre reſcripſerunt. Planè ſi rerum libellus marito detur, vt Romæ volgo fieri videmus: nam mulier [g] res quas ſolet in vſu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum ſolet conferre, eúmque libellum marito offerre: vt is ſubſcribat, quaſi res acceperit: & ve-
E lut chirographum eius vxor retinet, [h] res quæ libello continentur, in domum eius ſe intuliſſe: Hæ igitur res an mariti fiant, videamus. Et non puto: non quòd non ei tradantur, [i] (quid enim intereſt, inferantur volente eo in domum eius,

d *Fauore dotium*: vt & ĩ.e.ĩ ambiguis.ſed certè imò de iure cõmuni ita videtur vbiq;: vt.ĩ. de dona.l.ij.§.ſi pecuniã.quæ eſt contra.vbi dominium rei donatæ tranſit: vt arg.C.cõmunia de leg.l.fi.§.pen. & C.de teſt.ma.l.ſtatuliberis.Sol.ibi in.l.ij. de dona. eſt ſpeciale ĩ pecunia: vt & aliàs ſupra ſi cer.pet.l.ſingularia. vel ſubaudi hîc maximè in dote. nã & idem aliàs. vel tertiò hîc fauore matrimonij: vt dicit.aliàs em̃ poteſt pœnitere heredem.ſ. eius qui dedit: ſicut teſtator potuit: vt.ſ̃. de condi. cau.da.l.iij.§.ſed ſi tibi.&.l.ſi pecuniã.j.rñ. &.§.ſi ſeruũ. ſed ibi nõ pœnituit teſtatorẽ nec heredem eius: quare in eũ tranſit dominiũ.ſed hoc videt̃ falſum: quia nec hîc nec ibi potuit pœnitere, cũ is qui accepit, ſua cauſa accepit. Dic ergo tu, vt dictam ſolutionẽ defendas, ꝙ hîc potuit pœnitere: quia fuit datio ob cauſam: vt ſ̃.e.l.adoptiuũ.§.j. niſi in dote, vt hîc dicit.ibi nõ, ꝗa fuit donatio. nec ob. ad primũ: ꝗa ibi erat res ĩtegra. Vel dic, hîc in fauorẽ, vt cõſentiat: non autẽ vt dominiũ trãſeat: quia hoc eſt de iure cõmuni. Alij dicunt ꝙ hoc eſt verũ, ſi ponas eos ſic cõueniſſe vtriuſq; fortè gratia: vt tũc mutare nõ poſſit. Aliud eſſet & ſi ſol⁹ legẽ dixerit, & ſui gratia quã immutare eius heres poſſet, niſi in dote: & hoc caſu loquit̃ hîc. & facit.ĩ. de acquiren. poſ.l.fundi.§.fi. cõtra. Sol.hîc in dominio, ibi in poſſeſſ. vel alio caſu Item contra infra de ſol.l.fi.Sol.vt ibi.
e *Dotis autẽ*. Tria vult videre vſq; in finẽ leg. Primò, ſi agitur vt iſtæ res paraphernales fiant viri, qua actione repetuntur. Secundò, ſi fiat libellus, an dominium transferatur. Tertiò ſi dominium nõ tranſeat invitum, qua actione res repetantur.Accur.
f *Sed condici*. Sed quęro an iſta condictio ſit priuilegiata? Reſpõ. nequaquam, quamuis condictio quæ datur pro eo quod eſt datum nomine dotis repetendæ, ſit priuilegiata: licèt non ſit dos: vt.ĩ.eo.ſi ſponſa.&.ĩ.de pri.cre.l.ij.§.fi.

† Nõ quòd hoc verbum ſit Gallicum, vt ſtultè quidã hinc colligunt.ſed ꝙ cùm mulieres eorum in poteſtate eſſent, vt ait Cæſar. nihil tenere ipſæ niſi ſub peculij titulo poſſe videbantur.

* Veluti cũ mulier viro in manũ cõuênit, omnia quæ mulieris fuerũt, viri fiũt dotis nomine. Vide Vlpianum in inſtitutionib⁹



A g *Nam mulier*.interpoſitio eſt vſque illuc, hæ igitur &c.
h *Retinet*.i. quaſi. & loco chirographi retinet mulier hũc libellũ: vt ſi dubitetur, chirographũ probet, & res quæcũque ſcriptæ ſunt in eo quod intulerit ĩ domũ viri, & ſimiliter retinet mulier in ſuo vſu. & hoc ſubiicit, res &c. alij nõ habẽt, & dicũt quòd ille verſus, res quæ &c. eſt forma libelli. ſcribit enim maritus res &c. & bene ſtat, & eſt forma libelli. & conſtrue vt ibi notaui.

an ei tradantur?) ſed quia [k] non puto hoc agi inter virum & vxorem, vt dominium ad eum transferatur: ſed magis vt certum ſit, in domum eius illatas: [l] * ne ſi quandoque ſeparatio fiat, negetur. [m] Et [quia] plerumque cuſtodiam earum maritus repromittit, [n] niſi mulieri
B commiſſæ [o] ſint: videbimus, harum rerum nomine, [p] ſi non reddantur, vtrum rerum amotarum, an depoſiti, [q] an mandati [r] mulier agere poſſit. Et ſi cuſtodia marito committitur, depoſiti vel mandati agi poterit. ſi minus, agetur rerum amotarum, ſi animo amouentis maritus eas retineat: aut ad exhibendum, ſi non amouere eas cõniſus eſt.

C X. IDEM *libro trigenſimoquarto ad Sabinum.*

PLerumque [ſ] intereſt viri, res non eſſe æſtimatas: idcircò, ne periculum rerum ad eum pertineat: [t] maximè ſi animalia in dotem acceperit, vel veſtem qua mulier vtitur. Eueniet enim, ſi æſtimata ſint, & ea mulier adtriuit, vt nihilo minus maritus æſtimationem [u] eorum pręſtet. Quotiens igitur non æſti-
D matæ res in dotem dantur, & meliores [x] & deteriores mulieri fiunt. Si prædiis inæſtimatis aliquid acceſſit, hoc ad compendium mulieris pertinet: ſi aliquid deceſſit, mulieris damnum eſt. Si ſerui [y] ſubolem † ediderunt, mariti [z] lucrum non eſt: ſed fœtus dotalium pecorum ad maritum pertinent: quia fructibus computantur: ſic tamen, vt ſuppleri proprietatem prius oporteat: & ſummiſſis in locum
E mortuorum capitum ex adgnatis, reſiduum in fructum maritus habeat: [a] quia fructus dotis ad eum pertineat. Si antè matrimonium æſtimatæ res dotales ſunt, hæc æſtimatio quaſi ſub conditione eſt. nãque hanc habet cõditionẽ, *Si matrimoniũ fuerit ſecutũ.* [b] ſecutis igitur nuptiis, æſti-

i *Tradãtur*.q. d. nihil: vt.ĩ.de ſolu.l.pecuniã. & ſupra nau.cau. ſta.l.j.in fi.&.l.ij.
k *Sed quia*.i. ideò non transfertur, quia &c.
l *Illatas*. & illud ideò ſubſcribit maritus, ne &c.
m *Negetur*.eã intuliſſe.
n *Repromittit*. in libello enim huiuſmodi repromiſſiones cõtineri ſolent.Azo.
o *Cõmiſſæ*. ſi enim huius cuſtodiã non ſuſcepit; ſed mulieri ſuo arbitrio eas cuſtodiẽdas cõmiſit, cuſtodię renũtiãdo: nõ eſſet quæſtio an maritus teneretur. nã ſine dubio nõ teneretur. Azo. vt argu. ſ̃. nau.cau.ſta.l.fi.§.j.
p *Nomine*.quãdo non eſt dominiũ trãſlatũ: vt ſuperiori ꝓximo caſu.
q *Depoſiti*. agit̃ depoſiti; cũ res à marito ex cauſa depoſiti retinentur eo fortè cuſtodiam promittente. nã in depoſito cuſtodia paciſci poteſt. Accur.
r *Mãdati*.nõ depoſiti agitur, cùm res penes mulierẽ ſunt, & cuſtodiã marito mãdat. Ac.
ſ *PLerũque*. plerũque ideò dicit: quia ſecus eſt aliquãdo: puta ſi res communiter vili pecunia æſtimet̃, quãdo fuit data in dotem: nunc verò multo carior facta eſt.
t *Pertineat*. vbi non ſunt æſtimatæ Accur.
u *Æſtimationem*. vt &.ĩ.ſol.mat.l. æſtimatæ.& C.e.l. cũ dotem. &.l.quotiens.
x *Meliores*. niſi cũ res in põdere cõſiſtunt: vt ĩ.eo.l.res.Accur.
y *Si ſerui*. i. ancillæ inæſtimatæ: vt modò dixi. ſic per maſculinũ intelligitur fœmininum: vt. ſ̃.de vſu.l.equis.&.ĩ. de vſuc.ſi aliena.§.Scęuola.&.ĩ.de furt.l.qui vas.§.ex furtiuis.Acc.
z *Mariti*. imò reſtituere cum ipſa dote debet: vt C.de rei vxo. act.§.cúmque. quia partus non eſt in fructu: vt ſupra de vſufr.l.in pecudum.
a *Habeat*.habet enim omnes fructus: vt &.ĩ.eodem.l.cũ poſt, §.fin.&.ſ̃.eo.l.dotis.
b *Secutum*.vt &.ĩ.eo.l.in rebus.§.ſi re.&.l.ſtipulationem.

* Flo illata.

† Rectè ſic ſcribitur, vt &.l.22.§.ſin autem ĩ.ſol. matr.l.64 ĩ. de cond. & demonſt. nã videtur dici à ſuboleſcendo vet⁹ gl. ita ſcribit Suboles, ἐπιγονή. itaque quidam hîc perperã emendant veterẽ ſcripturam.

matio rerum perficitur: & fit vera[a] venditio. Inde quæri poteſt: ſi antè nuptias mancipia æſtimata deperierint, an mulieris damnum ſit. Et hoc conſequens eſt dicere. nam cùm ſit conditionalis venditio, pendente autem conditione mors contingens extinguat venditionem:[b] cōſequens eſt dicere, mulieri periſſe: quia nōdum erat adimpleta venditio: quia æſtimatio venditio eſt. Si res in dotem datæ fuerint, quamuis æſtimatæ, verùm conuenerit, vt aut æſtimatio, aut res præſtentur: ſi quidem fuerit adiectum, *vtrum mulier velit*: ipſa eliget, vtrum malit petere, rem, [an] æſtimationē. Verùm ſi ita fuerit adiectum, *vtrum maritus velit*: ipſius erit electio. Aut ſi nihil de electione adiiciatur, electionem habebit maritus, vtrum[c] malit res offerre, an pretium earum. Nam & cùm illa aut illa res promittitur: rei † electio[d] eſt vtram præſtet. ſed ſi res non exſtet, æſtimationem omnimodo maritus præſtabit.

XI. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

SAnè & deteriorem factam reddere poterit.

Paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito, vel fieri tēpore permiſſo, & conferri in tempus prohibitum. h. d. concordat. l. nemo. infra de here. inſti. Bar.

XII. VLPIANVS *libro trigenſimoquarto ad Sabinum.*

SI res æſtimata[e] poſt contractum matrimonium donationis cauſa adprobetur,[f] nulla eſt æſtimatio: quia nec res diſtrahi donationis cauſa poteſt, cùm effectum inter virum & vxorem non habeat. res igitur in dote remanebit. Sed ſi antè matrimonium,[g] magis eſt vt in matrimonij tempus collata donatio videatur: atque ideò non valeat.

Not. iſtum. §. pro minoribus læſis in venditione rerum ſuarum: vt ſi læſi ſint in eo quod vendiderunt, reſtituantur ad rem: ſi in pretio, ad pretium: vt ſcias qualiter debeas libellū formare: quia pluries accidit. Bar.

Si mulier[h] ſe dicat circunuentam minoris rem æſtimaſſe, vt puta ſeruum: ſi quidem in hoc circunuenta eſt, quòd ſeruum dedit, non tantùm in hoc, quòd minoris æſtimauit,[i] in eo acturam, vt ſeruus ſibi reſtituatur.[k] Enimuerò ſi in æſtimationis modo circumuēta[l] eſt: erit arbitrium mariti, vtrum iuſtam æſtimationem,[m] an potius ſeruum præſtet.[n] & hæc[o] ſi ſeruus viuit. quòd ſi deceſſit, Marcellus ait[p] magis æſtimationē præſtandam: ſed non iuſtam, ſed eam quæ facta eſt: quia boni conſulere[q] mulier debet, quod fuit æſtimatus. Cæterùm ſi ſimpliciter[r] dediſſet, proculdubio periculo eius moreretur, non mariti. Idémque & in minore[ſ] circūuenta Marcellus probat. Planè ſi emptorem habuit mulier iuſti pretij: tunc dicendum iuſtam æſtimationem præſtandam.[t] idque[u] dumtaxat vxori minori annis præſtandum Marcellus[x] ſcribit. Scęuola autem in marito notat, ſi dolus eius adfuit,[y] iuſtam æſtimationem præſtandam. Et puto verius quod Scæuola ait. Si cum marito debitore mulier pacta ſit, vt id quod debeat, in dotem habeat: dotis actione ſcilicet eam agere poſſe exiſtimo.[z] Licèt enim ipſo iure priore debito liberatus non ſit, ſed tamen exceptionem habere poteſt.

XIII. MODESTINVS *libro ſingulari de differentia Dotis.*

SI mulier poſt diuortium, antequam ex ſtipulatu de dote agat, ad eundem virum fuerit reuerſa: conſtantius dicetur, per doli exceptionem inefficacem[a] fieri ex ſtipulatu actionem, vſque quo matrimonium durat.

XIIII. VLPIANVS *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

a *Vera.* quoad periculum: non quoad omnia: vt infra eod. l. quotiens. quæ eſt arg. contra.

b *Venditionem.* vt & ſupra de peri. & commo. rei ven. l. quod ſi pendente. & nouationem: vt infra de noua. l. quotiens.

c *Vtrum maritus.* poteſt enim poni in cuiuſlibet electione: vt hîc, & j. de fun. dota. l. quod ſi fundum.

Rei eſt electio in alternatiuis.

d *Electio.* Not. in alternatiuis rei eſſe electionem: vt hîc, & j. de don. inter vir. & vxo. l. quod autē. §. ſi marit⁹. & C. de cōdic. inde. l. ſi quis. & s. depoſiti. l. ei. §. quòd ſi de plurib⁹. & s. de cōtrahen. emptio. ſi in emptione. §. ſi emptio. & de iureiu. l. iuſiurandū. §. alterū. & j. de iure pa. l. adigere. §. qui ſtipulatur. Sed arg. cōtra. j. de auro & argen. l. ſi quis ita. & de lega. j. l. planè. §. fin. ſed illa ſpecialia in vltima voluntate.

e SI *res æſtimata.* pretio viliori. Accur.

f *Approbetur.* i. ꝓbetur quòd ita ſit. Accur.

g *Sed ſi ante matrimonium.* ſ. fuerit æſtimata res minus: donationis cauſa videat᷑. nec enim valet æſtimatio, niſi cō tracto matrimonio: vt s. eo. l. plerūq;. §. ſi ante. & ideò nō valet: vt ſubiicit. Sic ergo nota. quòd non valet negotiū, cùm in eum caſum deducit᷑ à quo īcipere non poteſt: vt & diximus. s. de vſufr. l. Titio. Itē ſi fiat donatio conſtāte matrimonio, & in id tēpus ꝑficiatur quo ſolutum eſt matrimoniū, valebit: vt j. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi eū. §. fi. & l. quia. Acc.

† Facit ca. inter cæteras. cū glo. ſuper ver. quodcūque. extra de reſcrip.

h *Si mulier.* Sex reſpōſa ponit hîc. §. quæ ſic ponas: ꝙ ſi qua mulier dicat ſe circūuentā in æſtimatione: aut dolus mariti īterceſſit: & tūc omninò iuſtā æſtimationē præſtabit etiam mortuo ſeruo, minori vel maiori vxori: vt in fi. huius. §. aut nō dolo mariti, ſed ipſa re: & tunc aut erat minor: quo caſu reſtituitur, vt habeat iuſtā ęſtimationē: niſi in duobus caſibus: hoc eſt, ſi viuat ſeruus. Itē ſi ſit mortu⁹, cū tamē emptorē iuſti pretij ipſa inuenit: vt. j. §. idémq;. & §. planè. aut maior, & tūc in vnico caſu reſtituitur: hoc eſt cū ſeruus viuit: vt ibi, enimuerò ſi in &c. ſed & ſi ſit in hoc decepta quod dedit, reſtituitur minor vel maior, vt ipſam repetat ſi viuit: aut ſi nō viuit, iuſtam æſtimationem ſi eſt minor: vt in principio: vel factā, ſi eſt maior: vt ibi, quòd ſi deceſſit &c. & quære in caſibus. C. de iure do. l. quotiens. §. fi. Accur.

i *Aeſtimauit.* & ſic ad iuſtam æſtimationem.

k *Reſtituatur.* ſiue ſit maior, ſiue minor mulier, ſed in eo quod de æſtimatione dixit, intelligas in minore: vt differat ab illo verſicu. idémque & in minore.

l *Circumuenta.* re ipſa non, dolo. Accur.

m *Iuſtam æſtimationem.* quæ aliàs dicitur verum pretium: vt & ſupra de in rem verſo. l. ſi res. in princi.

n *Præſtet.* Ergo vbi decepta eſt in hoc ipſo quod dedit, electio eſt mulieris vtrū agat ad rem, an ad iuſtam æſtimationem. ſi verò decepta tātū eſt quòd minoris æſtimauerit: eliget maritus, rē an iuſtā æſtimationem pręſtet. Sed certè opponit᷑: maior no experit᷑ niſi decipiatur aduerſarij calliditate: vt. s. de mino. l. in cauſę. §. pe. hîc aūt eſt cōtra. Solu. hîc fuit deceptio vltra dimidiā iuſti pretij, ibi non: vt ar. C. de reſcin. ven. l. ij. vel dic ſpeciale ī dote: vt. s. eo. iure. §. fi. & ar. C. ſol. ma. l. ſi circūſcripta. in princi. Itē con.- tra. s. de mino. l. patri. §. prædiū. & §. itē ex diuerſo. vbi īdiſtinctè ad arbitriū decepti pretiū reddit᷑. Solu. vt ibi. Ac.

o *Et hæc.* ſ. quæ diximus duob⁹ ſuperioribus caſibus. Accur.

p *Marcellus ait.* in primo caſu quādo in hoc vt daret, fuit decepta. nō autem refertur ad aliū: vt infra eo. §. ibi, Scæuola &c.

q *Conſulere.* i. conſiliū ſibi ſumere ne petat iuſtam æſtimationē. Vel dic, id eſt cautè præmeditari quod fuerit ęſtimatus, bonū. i. bono mulieris. ſ. propter ei⁹ vtilitatē: cùm ſi nō eſſet ęſtimat⁹, nihil eſſet habitura: vt ſubiicit: vt s. eo. plerūque. §. ſi prędiis. Accur.

r *Si ſimpliciter.* i. nō æſtimatum. Accur.

ſ *Minore.* s. ergo loquitur in maiore. alioquin nō eſſet bona ſimilitudo. & dic idē. ſ. vt iuſtā habeat ęſtimationē: vel ad ſeruū ſi viuit: vt in. j. & ij. rñ. Accur.

t *Præſtandam.* etiam ſi ſit mortuus. Accur.

u *Idque.* ſ. vt iuſta æſtimatio debeatur ſeruo mortuo. Accur.

x *Marcellus.* non autē in maiore: vt. s. proxi. ibi, quod ſi deceſſit.

y *Adfuit.* etiam in æſtimatione: vt differat à primo caſu. Accurſius.

z *Exiſtimo.* vt. j. eo. ſi ſponſalibus. §. ſi mulier.

a SI *mulier. Inefficacem.* vt &. j. eo. diuus. & j. ſolu. ma. l. penul. §. ſi vxor. & s. de ritu nup. l. pleriq;. hoc autem eſt verum, niſi extraneus dotem dediſſet pro muliere, & ſtipulatus eſt ſibi reddi: vt. j. eo. ſtipulationem. & l. ſeq. Accur.

SI *rem.*] CASVS. Mulier cōuēnit dare ſeruū æſtimatū in dotē, & fuit in mora: tūc deceſſit ſeru⁹: tandē ſolutū eſt matrimonium:

nium:quæritur,an æſtimationem mulier poſſit repetere?Et dicit quòd non.ſecus ſi in mora non fuiſſet. Viuianus.

a *Dederit*.id eſt dare conuenerit.Azo.

b *Faciente*.poſt nuptias:alioquin contra:vt ſupra eo. l. plerunque. §. ſi antè. Accurſius.

c *Quod ſi per eam*. *Aufert*.i. accipit de iure,vel petit.

d *Periculo*. vt & aliàs ſupra de peri. & cō. rei ven.l.illud.Accur.

e *Quotiens*. *Ex empto*. ſed ſi non fuiſſet æſtimata, non agitur:vt C. e.l.j.

f *Duplum fortè*.cū hoc fuiſſet ſtipulatus.

g *Aequitatem*. vt infra eo.non ſolùm.

h *Venditio*. Arg. contra.ſ.eo.plerumque.§. ſi antè.Accur. ADDITIO. Pro ſolutiōe huius cōtrarij dic ꝙ licèt nō ſit ſimplex vēditio, eſt tamen vera: vt in.l. cōtraria. & facit ꝓ gabellis, vtrū ſi datur res æſtimata in dotem,ſoluantur duæ gabellæ dotis & venditionis.& eſt hîc argu.quòd vna: quia iſta æſtimatio eſt potius quoddam capitulum contractus dotalis, quàm ſit contractus ſeparatus. quod credo verum per iſtam literam: vt communiter determinatur per ſcribentes hîc.

i *In rebus*.*Culpam*.ſcilicet leuē,vel leuiſſimā ſi diligētiſſim⁹ erat in ſuis.& hoc eſt quod continuat:ſed etiā &c.

k *Diligentiam*. cùm ſi culpādus erat ī ſuis rebus,culpād⁹ erit in dotalib⁹.ſi enim min⁹ diligens in ſuis fuit, non ideò parcendū eſt ſibi in dotalibus:vt.ĩ.ſolu. ma.ſi cōſtante.§.ſi maritus.Accur.

l *Si mācipia*. *Labeo ait*. vt & infra ſol.ma. l.pe.§.mācipia.Sed cōtra.C.ſolu.mat.l.j. vbi partū dicit reſtitui.Solu.ibi habebat electionem maritus,an res ipſas etiā deteriores reſtitueret, vel æſtimationē:ideòq; emolumētū part⁹ nō ſpectat ad ipſum:quia nec periculū deteriorationis:ſed hîc ſpectabat ipſum periculū ad maritū: quia debebat reſtituere aut æſtimationē,aut res non deteriores:ideóque ad ipſum ſpectat partus. Accurſius.

*Etiam*. ] CASVS. Siue vir ſiue alius pro eo mandante dotem accipiat,ipſe vir accepiſſe videtur.

Si rem æſtimatam mulier in dotē dederit, [a] deinde ea moram faciente [b] in traditione,in rerum natura eſſe deſierit:actionem eam habere non puto.

XV. POMPONIVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

Quod ſi per eam non ſtetiſſet, perinde pretium aufert, [c] ac
B ſi tradidiſſet: quia quod euenit, emptoris periculo [d] eſt.

XVI. VLPIANVS *libro trigenſimoquarto ad Sabinum.*

Quotiens res æſtimata in dotem datur, euicta ea virum ex empto [e] contra vxorem agere: & quicquid eo nomine fuerit cōſecutus, dotis actione ſoluto matrimonio ei præſtare oportet. Quare & ſi duplum fortè [f] ad virum peruenerit: id quoq; ad mulierem redigetur. Quæ ſententia habet æquitatem: [g] quia nō ſimplex venditio [h] ſit, ſed dotis cauſa: nec debeat maritus lucrari ex dāno mulieris. Sufficit enim maritū indemnem præſtari, non etiam lucrum ſentire.

XVII. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

In rebus dotalibus virum præſtare oportet tam dolum,quàm culpam: [i] quia cauſa ſua dotem accipit. ſed etiam diligentiam [k] præſtabit, quam in ſuis rebus exhibet. Si re æſtimata data, nuptiæ ſecutæ non ſint, videndum
D eſt quid repeti debeat, vtrum res, an æſtimatio. Sed id agi videtur, vt ita demum æſtimatio rata ſit,ſi nuptiæ ſequantur: quia nec alia cauſa contrahendi fuerit.Res igitur repeti debet,non pretium.

XVIII. POMPONIVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

Si mancipia in dotem æſtimata accepiſti, & pactum conuentum factum eſt, vt tantidem æſtimata diuortio facto redderes,manere partum eorum apud te Labeo ait: [l] quia & mancipia tuo periculo fuerint.

XIX. VLPIANVS *libro trigenſimoquarto ad Sabinum.*

Etiam ſi alij iuſſu mariti dos detur, [m] nihilo minus maritus de dote obligatur. [n]

Origo rei non poteſt conferri in tempore quo debet extingui. h.d.vide in.l.Titio cum morietur.

m *Detur*.non dicit,obligatur:vt.ĩ.e.l.ſi mulier ita.iij.reſpon. ff. Vetus.

A n *Obligatur*.hoc ipſo enim videt̃ accipere:vt.ĩ.de acquirē.poſ.l j.ſi iuſſerim.& infra de fun.do.l.ſi nuptura.in prin.Accur.

*Iulianus*.] CASVS. Titius accepit Bertam in vxorem,quę promiſit centum in dotem ſe daturā cū morietur ipſa Berta. quęritur an valeat?Et dicit Iul.quòd ſic.quod probat à ſimili:quia ſi purè promiſiſſet, & vir feciſſet pactum de nō petēdo dum illa viueret,valeret pactum.ſed Paulus dicit,primo caſu non valere, licèt valeat ſecūdo: neque eſt bonum ſimile:quia primo nunquam doſpoterat ſeruire oneribus matrimonij:talis naturæ erat pactum ſeu ſtipulatio. ſed ſecūdo ſic ſua natura, niſi interueniſſet pactū de non petendo, vnde primò non valet:quia erat factū pactū de dote lucrāda:& ſic ſolu.matr. petet vir. Viuianus.

† Bal.hîc reputat iſtum tex ſing. in ratione ſui: in verſſcu. aliud enim eſt &c. & eſt tex clarus,& nō eget aliqua noua ī terpreta.Bolog.

o *Iulianus ſcribit*. & valet pactum: vt infra titu.j.l.ſi.in ſi.

p *Ea viua*.ſcilicet muliere.

q *Exhibeatur*. id eſt accipiatur,vel petatur.

r *Accepi*.cùm in primo caſu dos nō potuerit ſeruire oneri⁹ matrimonij:in ſecūdo potuit. niſi fuiſſet pactū: ideoq; primo caſu nō valet:ſecundo ſic:vt.ĩ. e.ſi pater mulieris.ī ſecundo autē petet̃ poſt mortem mulieris,ſi pactum fuit de lucrādo. & ſic eſt huic.l.arg.cōtra ſupra de cōdic. inde.l.ſufficit.Accur.

ſ *Exactionē*. vt fuit in ſecūdo caſu.Accur.

t *Non ſit*.vt in primo: quo caſu non valet:vt dixi.

u *Stipulationem*.*Si nuptiæ*.vt &.ſ.e.l. in rebus. §. ſi re. & infra eo.l.non enim.

x *Videtur*.vt &.ĩ.eo.l. ſi ſpōſalibus.in princi.

y *Quod autē*. *Dotis*. quia dixit vir, centum à te accepi. nō exprimendo, ex cauſa dotis. hoc tamen agebatur in donatione ꝓpter nuptias, quæ hoc tēpore dicebatur antè nuptias.Et no.hîc ar.ꝙ licèt nō dicat capitulū, eligim⁹ te in epiſcopū: ſed ita, eligimus illū ꝙ valeat electio.ſic.ĩ.eo. l.promittēdo. ſic & C. de lib.præ.l.iiij.&.ĩ.de here.inſti.l.j.&.ĩ. eo.l. tali.in fin.Accur.

* Vulg. Quod.

† Bal. in. l. nulla C.eo. titu valde extollit iſtū textum, de quo hîc in nouis interpre. Bolog.

* Sic.Flo. & manuſcr. & vulg.e litic. Græci tamē legerūt, cōditiōis adiectio, nō dotis adiectio, lib 28.βασιλ. vt notaui li. I. diſputat. vbi plurib. Grȩc auctorit & lect. defendi.

† Vulg.dicimus.

z *Si filiafamilias*. *Eius eſſet*.id eſt cùm adhuc eadē adminiſtrationē haberet peculij.

ſupra de vſufruct. Bartolus.

XX. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Iulianus ſcribit, [o] † valere talem ſtipulationē: *Cum morieris, dotis nomine tot dari?* quia & paciſci ſoleat, ne à viua [p] exhibeatur. [q] quod non eſſe ſimile accepi. [r] Aliud eſt enim differre exactionē: [ſ]
B aliud ab initio in id tempus ſtipulari, quo matrimonium futurum non ſit. [t] ídque & Ariſtoni & Neratio & Pomponio placet.

Stipulatio de dote, habet in ſe tacitam conditionem, ſcilicet ſi matrimonium ſequatur.Bar.

XXI. VLPIANVS *libro trigenſimoquinto ad Sabinum.*

Stipulationem quæ propter cauſam dotis fiat, conſtat habere in ſe cōditionem hanc, *ſi nuptiæ* [u] *fuerint ſecutæ*: & ita demum
C ex ea agi poſſe, quamuis non ſit expreſſa conditio, *ſi nuptiæ*, cōſtat, quare ſi nuntius remittatur, defeciſſe conditio ſtipulationis videtur. [x]

Nota ꝙ ſermo ſimpliciter ꝓlat⁹, intelligitur de prima vice.Bar.

XXII. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Et licèt poſtea eidē nupſerit, non conualeſcit ſtipulatio.

Not.l.facit ad quęſtionem. dicit ſtatutum quòd mulier dotata nō
D ſuccedit patri:quòd ſi pater relinquat ſibi in teſtamētō centū: licèt non dixerit, pro dote,quòd intelligitur pro dote.quod not.Bal.

XXIII. VLPIANVS *libro trigenſimoquinto ad Sabinum.*

Quia* autem† in ſtipulatione nō eſt neceſſaria dotis [y] * adiectio, etiam in datione tātundem ducimus.†

XXIIII. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

Si filiafamilias nuptura, ex peculio cuius adminiſtrationē
E habet,dotem viro dedit: deinde cùm in eadem cauſa peculium eius [z] eſſet,diuortium fecerit: dos ei rectè ſoluitur, quaſi à quolibet peculiari debitore. [a]

XXV. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Si ei nuptura mulier qui Stichum debebat,ita cū eo pacta eſt: *Pro Sticho, quem mihi debes, decem tibi doti erunt*: ſecundùm id quod placuit, rem pro re ſolui

a *Debitore*. à quo rectè ſoluitur huic perſonæ: vt & infra de noua.l.ſi. & ſupra de pact.ſi vnus.in prin.

a S*I ei.Soluipoſſe*.vt & ſupra de conſt.pecu.l.j.§.an poteſt.
b *Dotium*.vt dicitur.j.l.proxi.&.j.de pac.dotali.l.ſi mulier dotis.ſi ergo cõſtãte matrimonio,cũ res iam eſt dotalis, fieri poteſt:ergo multo magis cũ res nõ eſt dotalis: vt hîc argumẽtatur.
c I*Ta conſtante.Vtile*.vel nõ damnoſum:non aliàs,vt hîc,&.j. de pac.dota.l. ſi mulier dotis.&.l. cũ maritus.j.reſpon.Accur.
d *In pecuniam*.fiat permutatio.Azo.

P*oſt nuptias*.] CASVS. Mulier.c. vel pater pro ea in dotem dedit, & ſic eſt actio quæſita patri & filiæ. ſi poſtea ſecum filia paciſcatur, non valet pactum. Viuianus.

e *Inuita filia*. vt. j. de pac.dota.l.cùm dos.& infra ſol. ma.l. quotiẽs niſi filia leuis ſit, & nimia circa maritum immerentem: vt infra ſol. ma.ſi cùm dotem.§.eo autem tempore.

C*Vm pater*.] CASVS. Pater pro filia.c. nomine dotis promiſit viro. poſtea eidem viro legat eadem centum.dicit quòd nõ valet legatum: cùm non plus ſit in legato,quàm dotis promiſſione. Secundò, ſi legauit filiæ, tunc diſtingue:aut voluit valere legatũ ſalua remanente facta promiſſione viro, & debetur vtrũque. aut alterutrum ſolui voluit: & tunc ſubdiſtingue: aut prius agit filia ꝑ legato:& cõſequitur,& cauet de ſeruãdo indemnem heredem ex promiſſione facta viro.aut prius agit vir,& nõ cauet:ſed tamen agendo poſtea mulier exceptione repellitur.Viuia.

f *Nullum legatum*. vt j.de leg.iij.ſi deportato.§.ſi quis creditori.
g *Ex cauſa legati*. vt.j. de leg.j.plane.§.ij. Accurſius.
h *Alterutrum*. vel legatum tantùm,vel dotem tantùm.Accur.
i *Voluerit habere*. ſcilicet pater filiam.Acc.

* vt.

poſſe: [a] & liberatio contingit, & decem in dotẽ erunt: quia & permutatio dotium [b] conuentione fieri poteſt.

XXVI. MODESTINVS *libro primo Regularum*.

ITa conſtante matrimonio permutari dotem poſſe dicimus, ſi hoc mulieri vtile [c] ſit:ſi* ex pecunia in rem,aut ex re in pecuniã. [d] B ídque probatum eſt.

XXVII. VLPIANVS *libro trigeſimoſexto ad Sabinum*.

QVod ſi fuerit factum:fundus vel res dotalis efficitur.

XXVIII. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum*.

POſt nuptias pater non poteſt deteriorem cauſam filiæ facere: quia nec reddi ei dos inuita [e] filia poteſt.

XXIX. VLPIANVS *libro trigenſimoſexto ad Sabinum*.

CVm pater dotẽ pro filia promittit, & dotem legat:ſi quidem marito legauit, videndum eſt an legatum valeat: Et non puto valere. Nam cùm creditori debitor legat id quod debet, nullum legatum [f] eſt. Quòd ſi filiæ legauit, valet legatum. Dos enim ex promiſſione marito debetur, legatum filiæ. Et ſi quidem hoc animo teſtatorem eſſe filia oſtenderit, vt duplicaret ei legatum, habebit vtrumque: dotem quam D maritus perſecutus fuerit: & legatum ex cauſa legati. [g] Quòd ſi alterutrũ [h] voluerit [i] habere: ſi mulier legatum petat, oppoſita doli exceptione non aliàs cogetur ei heres legatum ſoluere, quàm ſi cauerit indemnem hoc nomine heredem futurum aduerſus maritum ex promiſſione agentem. Sed ſi maritus agat, [k] nihil de indemnitate eum cauere oportebit: [l] verùm mulier poſt eum agens, exceptione repelletur, quia ſemel dos præſtita [m] eſt.

XXX. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum*.

DOtem [n] quæ in prius matrimonium data eſt, non aliter conuerti in poſterius matrimonium dicendum eſt, quàm [o] cum hoc agitur: dũ hoc agi ſemper interpretemur, [p] niſi probetur aliud conueniſſe.

XXXI. PAPINIANVS *libro quarto Reſponſorum*.

QVòd ſi non diuortium, ſed iurgium fuit: dos eiuſdẽ matrimonij manebit.

XXXII. POMPONIVS *libro ſextodecimo ad Sabinum*.

SI ex lapidicinis dotalis fundi lapides vel arbores, quæ fructus nõ eſſent, [q] ſiue ſuperficiũ† ædificij dotalis voluntate mulieC ris vendiderit: nummi ex ea venditione recepti ſunt dotis.

Non imputatur marito, cur vxorem vel eius patrẽ dotem pro vxore promittentem, non conuenit, vel extraneum dotem ex cauſa donationis promittẽtem. ſecus ſi promiſit tanquam debitor mulieris.hoc dicit.no.l.Bal.

XXXIII. VLPIANVS *libro ſexto ad Sabinum*.

SI extraneus ſit qui dotem promiſit, íſque defectus ſit facultatibus, imputabitur marito cur eum non cõuenerit, [r] maximè [ſ] ſi ex neceſſitate,non ex voluntate dotẽ promiſerat. nam ſi donauit, vtcũmque parcẽdum marito, qui eum non præcipitauit ad ſolutionem,qui donauerat:quémq; in id quod facere poſſet, [t] ſi cõueniſſet, cõdẽnauerat. [u] Hoc enim diuus Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate conueniuntur, in id quod facere poſſunt condemnandos. [x]

A aut.ſed quamuis.Accurſius.
o *Quàm cùm hoc agitur*.an idem ſi alius pro muliere dotem dederit, & matrimonio poſtea conſentiat? Reſpon. ita. & hic caſus eſt infra de pac.do.l.cùm maritus.§. Titius. ſecus ſi non conſentiat:vt infra eo.ſtipulatio.& ſupra eo.ſtipulationem.&.l.licèt.
p *Interpretemur*. vt infra eo.l.diuus.& arg.s. e.ſed niſi. & ex duabus legibus colligitur. C. qui teſta. facere poſ.l. ij.&.C.de bo.eo.l.fi.in fi.Accurſius.

S*I ex lapidicinis*.] CASVS. Mulier dedit fundũ in dotẽ in quo erant lapides, qui non renaſcuntur, quos vẽdit pro. c. hæc centum erunt dos: non autem fruct⁹ dotis:quia auulſi non renaſcuntur.idẽ de domo quæ erat in eo fundo, vt ſi vẽdidit ſuperficiẽ, pretium ſit dos. nam hîc non ſunt fructus, ſed ipſa dotis ſubſtantia.

q *Fructus non eſſent*.ſed ſi fructus eſſent, nõ reſtituerentur: vt ſupra eod.l. dotis. ſunt enim lapides in fructu, ſcilicet ſi talis ſit fundus in quo lapis renaſcatur. idem in argẽti fodinis, & cretifodinis:vt infra ſolu.mat.l. diuortio.§. ſi vir in fundo. &. §. ſi fundus.

† Sic Flo. rectè: & ita quoque edi. oportuit in l.j. de ſuperfic. Greci vertũt ἐπισπῶρον. Heruetus, ſuperius tabulatum. vide an rectè.

S*I extraneus*.] CASVS. Tria dicit: quia aut debitor mulieris iuſſu mulieris promiſit nomine dotis: aut extraneus volens dare vxori promiſit cẽtum nomine dotis:aut ipſa mulier,ſeu pater eius. Primo caſu,ſi vir negligat exigere, & fiat debitor non ſoluendo interim, imputatur viro ꝙ tunc habeat vxorẽ indotatã, & ſoluto matrimo. reddat ac ſi habuiſſet. in aliis duobus nõ imputatur viro, licèt negligat exigere, & interim fiat non ſoluendo: & ideo periculum erit mulieris. Viuianus.

r *Non conuenerit*. cùm potuit: vt. j. de pact. l.ob res.§.fina.& infra ſolu.ma. Mæuia.j. reſpon. Sed contra in- E fra ſol.ma.ſi ſocer.§.j.Sol.non dicitur ibi imputari: ſed exigit vir vt mulieri reddat.

k *Agat*. Quid autem ſi quilibet eorum agere volet? Reſpon. neuter admittatur,niſi concordent:vt infra de le.j.huiuſmodi.§. cùm pater.
l *oportebit*.quare ergo hæc diuerſa? Reſpon. hoc caſu conſequitur debitũ & oneroſum per ſe:vt.j.de act.& obli.l.ex promiſſione.vnde plus onerari nõ poteſt: ſed ſuperiori caſu de lucro tantum contenditur:vnde oneratur:vt infra de leg.j.plane.ij.§.ij.
m *Præſtita*.quid ſi dubium eſt de voluntate? videtur quòd filia probet:vt infra de leg.j.plane.& de lega.ij. l. Sempronius. Argu. contra quòd hæres,ſupra de proba.l.quingenta.Solu. eſt ex lege infra de annu.le.l.libertis.in princ.& de leg.j. huiuſmodi.§. cum pater.& facit.C.de lega.l.filia.

D*otem*.] CASVS. Siue pater ſiue ipſa mulier dotem dederit primo viro:eo mortuo nubendo ſecundo videtur eandem dotem donare.ſed ſi non ſeparauit ſe à primo, ſed fecit iurgium, per vnam noctẽ fortè:remanet dos eiuſdem matrimonij. Viuia.

n *Dotem*. datam à muliere. idem ſi à patre: vt. C. de rei vxo. ac.

ſ *Maximè*. Cur dicit,maximè,cùm omnino ad eum ſpectet periculum,ſi ex neceſſitate promiſit ei debitor mulieris:ſi ex liberalitate,nequaquam? Reſpon. vtrobique ſentit periculum:quia mulierem habet indotatam:& ideo dicit,maximè.ſed in primo caſu ſentit periculum reddendæ dotis:in alio non,vt ſubiicit.
t *Quod facere poſſet*. videtur quòd hoc beneficium aduerſum eum cui delegatus eſt,habere non debeat:vt infra eod.l.penult. & infra de re iud.l. Neſennius Apollinaris. quæ ſunt contra. Solu.ibi promiſſor iam erat factus debitor mulieris:& ideo ibi imputatur viro ſi nõn exigat.hîc non:argu.infra eo.l.vir ab eo.&.l.cùm vir. vel dic vt in.d.l.Neſennius.
u *Condemnauerat*.id eſt condemnari feciſſet.
x *Condemnandos*. vt & infra de re iudi. l. inter eos. §. is qui. Accurſius.

*Auribus*.

Sed ſi vel pater vel ipſa promiſerunt, Iulianus quidem libro ſextodecimo Digeſtorum ſcribit, etiam ſi pater promiſit, periculum reſpicere ad maritũ. quod ferendum non eſt. Debebit igitur mulieris eſſe periculum. Nec enim quicquam iudex propitiis * auribus [a] audiet mulierem dicentem, cur patrem, qui de ſuo dotem promiſit, non vrſerit [b] ad exſolutionem: multò minus cur ipſam non conuenerit. Rectè itaque Sabinus diſpoſuit, vt diceret, quod pater, vel ipſa mulier promiſit, viri periculo non eſſe: quod debitor, id viri eſſe: quod alius, ſcilicet donaturus, eius periculo ait, cui adquiritur. Adquiri autem mulieri accipiemus, ad quam rei commodũ reſpicit.

* Flo propriis.

Pater pro filia non poteſt in dotẽ dare rem vxoris ſuæ, ſine ipſi⁹ cõſenſu. Bartolus.

XXXIIII. IDEM *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

MAter cùm filiæ aurum dediſſet vtendum, pater puellæ id aurum in dotem viro adpendit: dein mortua eſt mater. ſi inſcia inuitáve vxore [c] vir [d] id aurum in dotem dediſſet, manet id aurum heredis matris, vindicaríque poteſt: & eo minorem dotem viro datam eſſe placuit. [e] quia res euicta eſt, marito competit aduerſus ſocerum actio. [f]

XXXV. IDEM *libro quadragenſimoſeptimo ad Sabinum.*

DOtem à patre vel à quouis alio [g] promiſſam, ſi vir nouandi cauſa ſtipuletur: [h] cœpit viri eſſe periculum, cùm antè mulieris fuiſſet.

XXXVI. IDEM *libro quadragenſimooctauo ad Sabinum.*

DEbitor mulieris, iuſſu eius pecuniam viro [i] expromiſit: deinde vir acceptam eam iuſſu mulieris fecit. res mulieri [k] periit. Hoc quomodo accipimus? vtrum dotis nomine, an & ſi alia ex cauſa? Et videtur de eo debitore [l] dictum, qui dotis nomine promiſit. Illud adhuc ſubeſt, vtrum antè nuptias, an poſt nuptias id factum ſit. Multùm enim intereſſe videtur. Nam ſi ſecutis nuptiis id factum eſt dote iam conſtituta: maritus accepto ferendo perdit dotem. [m] ſi autem antequam nuptiæ [n] ſequerẽtur: nihil videtur doti conſtitutum eſſe. [o]

XXXVII. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

NOn enim [p] aliàs perit mulieri actio, quàm ſi nuptiæ ſecutæ fuerint. nam ſi ſecutæ non ſunt, manet debitor mulieri obligatus.

XXXVIII. VLPIANVS *libro quadragenſimooctauo ad Sabinum.*

SAnè videndum eſt, an marito mulier quæ iuſſit accepto ferri, obligetur. Et putem obligari mandati actione: & hoc ipſum in dotem conuerti, quòd mulier mandati iudicio obligata eſt. Et quòd dicitur rem mulieri perire: conſequens eſt. Nam ſi cœperit velle de dote [q] agere, ipſa ſecum debebit compenſare iuſſum ſuum.

Nota quòd dos data in primo matrimonio inualido, tacitè videtur repetita, ſi poſtea validetur. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro trigenſimotertio ad Edictum.*

SI ſerua ſeruo quaſi dotem dederit, deinde conſtante coniunctione, ad libertatem ambo peruenerint, peculio eis non adempto, [r] †& in eadem coniunctione permanſerint: ita res moderetur, vt ſi quæ ex rebus corporalibus velut in dotem tempore ſeruitutis datis, extiterint: videantur ea tacitè in dotem conuerſa, vt eorum æſtimatio [ſ] mulieri debeatur.

† ergo tacitè eis cõceſſo. Inſtit. de l. §. peculium.

Maius eſt impedimentum naturale, quàm accidentale. ad hoc allegatur.

Si ſpadoni [t] mulier nupſerit, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit, nécne: vt in caſtrato dicas dotẽ nõ eſſe. in eo qui caſtratus [u]

---

a *Auribus*. auribus audio: ore loquor. Virg. *ſic ore locuta eſt.*

b *Non vrſerit*. contra infra ſolu. ma. ſi ſocer. §. j. Solu. non dicitur ibi imputari, ſed exigit vir, & mulieri reddit, vel actionem cedit. Accurſius. ADDITIO. Tu dic aliter, ſecundum Bald. hîc, quòd viro non imputatur cur patrem mulieris non conuenit, vt hîc: ſed bene imputatur viro cur heredes patris non conuenit. & ita ſentit glo. in. l. contraria. & pro hac ſolutione eſt caſus infra de pact. dota. l. ob res §. vlti. ver. ſed ſi non petierit.

c MAter. *Vxore.* eadémq; matre.

d *Vir*. idémque pater.

e *Placuit*. quia non videtur datum quod nõ fecit accipientis: vt infra de regu. iur. l. nõ videntur data.

Hęc ſumma eſt totius diſputationis.

f *Actio*. ex empto: cũ ſit æſtimatum datum: vt ſupra de ac. empt. l. creditor. §. prędium. ita tamen ſi nõ ſciuit rem alienam, ſicut in emptione dicitur: vt. C. de euic. l. ſi fundum. ſi autem fuerit inæſtimatus, aut dos cœpit à promiſſione, & tunc agitur quaſi nec datum fuerit. aut à datione: & tunc qui dedit ignorãs, non tenetur: qui ſciẽs, tenetur de dolo ſi fuerit extraneus: ipſa autem mulier tenetur actione in factũ: vt. C. eo. l. prima.

DOtem.] CASVS. Pater. c. promiſit viro filiæ nomine dotis. hæc eadem vir ſtipulatur à Titio animo nouandi. iam erit periculo viri nouus debitor: licèt primus non erat, quia pater, vel fortè donator.

g *Alio*. donare volẽte.

h *Stipuletur*. ab alio ſcilicet extraneo qui non habet priuilegium patris vel donatoris. alioquin ſi animo donandi promitteret pater, vel alius, non eſſet periculum viri: vt ſupra eo. l. ſi extraneus.

Quia nouatio eſt inſtar ſolutionis.

DEbitor.] CASVS. Debebam Bertæ ex cauſa mutui, quę viro eius promiſi mandato ipſius. tandẽ accepto tulit mihi vir, eiuſdem mulieris voluntate, refert an iam cõtractum erat quando fuit mihi accepto latum: & tunc iam tenebar cum effectu: & ſic potuit mihi accepto ferri: aut nõ erat contractũ: & tunc nõ tenebar cũ effectu ex promiſſione. nã ineſt cõditio meæ promiſſioni, ſi interim ſequatur: quo caſu neq; acceptilatio tenet: & ſic mulieri remaneo obligatus, cùm non ſequatur matrimonium. & ſic loquitur lex ſequẽs. ſi autem matrimonium ſequitur poſt acceptila. tunc eodem tempore exiſtit conditio ſtipulationis, & acceptilationis: & ſic nihil videtur in dotem eſſe: vt in fine huius legis. & eſt idẽ quod in primo: & poteſt vir agere contra vxorem actione mãdati ad intereſſe, quantum erat debitum. Vltimò exponit verbum dictum in princi. l. dotem. quòd dos mulieri perit: qualiter intelligatur. Viuianus.

i *Viro*. cauſa dotis: vt infra dicitur.

k *Mulieri*. ſi verò ſine iuſſu, periculum eſſet mariti: vt. j. ſo. ma. l. pe. §. ſi vir. & infra eod. l. vir ab eo.

l *Debitore*. vt & ſupra eo. l. quod autem. Idẽ tamen in alio: vt. ſ. mã. l. idémque. §. ſi cui.

m *Perdit dotem*. quantum ad ipſum debitorem: non vt eius periculum ſit, cùm nõ donandi animo faciat: ſed gratia exequẽdi mãdatũ: vt. j. eo. l. ſanè. & C. ſi dos cõſtã. matri. l. ij.

n *Nuptiæ*. quod fieri non poſſe videtur: vt j. eo. l. ſi debitor. Acc.

o *Conſtitutum eſſe*. ſcilicet in dotem cõtracto poſtea matrimonio. ſi enim contractũ nõ eſſet matrimonium, acceptilatio non valeret: vtputa tacita cõditione quæ inerat in promiſſione & acceptilatione deficiente: vt infra eo. l. ſtipulationem. & infra eo. promittendo. in princip. & ſic mulieri debitor remanet obligatus. & ita continuatur: non enim, &c.

p NOn enim. quod dicitur ſupra. e. l. debitor.

q SAnè. *De dote*. deſtinatione, nõ re vera: vt & dicitur de deſtinatione: vt. ſ. depo. l. Lucius Titius. Accur.

SI ſerua.] CASVS. Ancilla de facto nupſit ſeruo, & res quaſdam dedit in dotẽ. ſi ambo poſtea manumittãtur: incipit valere matrimoniũ, quod inter ſeruos non valebat: & res quę extant, eſſe dotales incipiunt. Viuia.

r *Non adẽpto*. ſecus autem eſſet adempto peculio: vt infra eo. l. Proculus. & infra de dote præleg. l. ij. §. per contrarium. Sed contra. C. an ſeruus ex ſuo facto l. quamuis. & l. creditoribus. & l. promiſſæ. Solu. hîc ſpeciale, vt ex his quę contraxit dum ſeruus eſſet, teneatur. Azo.

ſ *Aeſtimatio*. quæ fuit ab initio facta.

t *Si ſpadoni*. Spadonum alij caſtrati, alij non caſtrati: vt hîc colligitur. Accurſius.

Caſtratus, & ſpado, differunt.

u *Qui caſtratus*. id eſt caſtè natus. Sed ſpado dicitur hîc, qui generare poteſt: quia vnum ſaltem de teſticulis habet. Alioquin cõtra. j. de libe. & poſthu. l. ſed eſt quæſitum. §. ſpadoni. & ſupra de ædil. edic. l. ſi autẽ quis ita ſpado. Quidam tamen dicũt in ſpadone matrimonium eſſe, etiam ſi generare non poſſit: quia vitiũ

UNED

eſt accidentale, non naturale: vt in caſtrato. Accurſius.

a Diuus. *Inſtrumentis*. quæ habebat maritus pro prædiis datis in dotem. Accurſius.

Promittendo. ] CASVS. Siue clericus, ſiue laicus, vel etiã mulier dotem pro aliqua promittat: tenetur, ſi modò ſecutum fuerit matrimonium. Secundò dicit conſtitui doté poſſe ſic, quòd ſcilicet marito debitori mulier accepto ferat. Viuianus.

b *Sexus*. vt. C. ad Velleia. l. fina. Accur.

c *Conditioniſque*. ſiue laici, ſiue clerici, ſiue in poteſtate, ſiue ſui iuris conſtituti: dum tamen legitimæ ætatis: vt. C. ad Velleia. l. generaliter.

d *Agi non poteſt*. vt & ſupra eod. l. non enim. Accurſius.

e *Intuẽda ſunt*. vt infra de re iudi. l. in ſumma. & . j. de here. inſtitu. l. j. §. ſi autem. & . j. de adi. lega. l. iij. §. conditio. & C. quæ res pig. obliga. poſ. l. fin. & . C. de fideicom. cùm virum.

f *Conſtituitur*. vt & . j. eod. l. licèt.

g *Si à debitore*. qui debebat purè, vel fortè ſub conditione ſimiliter. Accurſius.

† Sic interpũgendum.

h *Non poterit*. propter conditionem quę non extiterat. Accurſius.

i *Dotem promiſiſſet*. No. hîc cũ quis in alterius locum ſuccedit, & aliquid ex eius perſona debet, perinde habendũ eſt ac ſi ex perſona ſua debeat: arg. contra ſ. de vſur. l. cùm quidã. §. fiſcus. in fi. §. Azo.

*Id. bonum nomẽ facere. l. 26. §. ab- eſſe ſ. mãda.

k *Et*. ſcilicet mulieri. Accurſius.

l *Dãnetur*. ſcilicet vir. Accurſius.

m *Liberari*. idem & ſi mulier deceſſiſſet, & debitorẽ heredem inſtituiſſet: qui dotem ex perſona mulieris petere poteſt: vt infra ſolu. ma. l. nupta. §. quotiẽs. & hoc intellige quando poſt diuortium agit de dote. Accurſius.

n Res *in dotẽ*. *Quia*. bona ratio: vt eo. l. plerunque.

o *Et qualitatis*. vt & . ſ. ſi cer. pet. l. cùm quid. Accurſius.

p Licèt *ſoleat*. vt & ſ. eo. l. promittendo. §. j. Accurſius.

q *Nullam*. quia ſub cõditione tacita fit acceptilatio: vt ſupra eod. plerũque. §. ſi antè. ſub expreſſa enim fieri non poteſt: vt. j. de reg. iur. l. actus.

r *obligationem*. imò videtur condici ipſa pecunia: vt ſupra de condic. ob cau. l. ſi mulier. quæ eſt contra. Solu. ibi fuerat pura obligatio, hîc conditionalis. vel ibi purè: hîc ſub tacita conditione.

non eſt, quia eſt matrimonium: & dos, & dotis actio eſt.

Dos data in primo matrimonio, intelligitur in ſecundo repetita. Bartolus.

XL. IDEM *libro trigenſimoquarto ad Edictum*.

Diuus Seuerus reſcripſit Pontio Lucriano in hæc verba: Si mulier quæ dotem dederat, poſt diuortium rurſus in matrimonium rediit, non reuocatis inſtrumentis: a non dubitabit is apud quem res agetur, ſecundum voluntatem mulieris, quæ vtique non indotata redire in matrimonium voluit, partibus ſuis fungi, quaſi renouata dote.

XLI. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum*.

Promittendo dotem, omnes obligantur, cuiuſcunque ſexus b conditioniſque c ſint. Sed ſi nuptiæ ſecutæ non fuerint, ex ſtipulatu agi non poteſt. d Magis enim res quàm verba intuenda ſunt. e Accepti quoque latione dos conſtituitur, f cùm debitori marito acceptum feratur dotis conſtituendæ cauſa. Si à debitore g † mulieris ſub conditione dos promittatur, & poſtea, antequam maritus petere poſſet, debitor ſoluendo eſſe deſierit: magis periculum ad mulierem pertinere placet. Nec enim videri maritum nomẽ ſecutum * eo tempore, quo exigere non poterit. h Quòd ſi iam tunc debitor, cùm ſub conditione promitteret, ſoluendo non fuerit: periculum viri eſſe, quòd ſciens tale nomen ſecutus videretur, quale initio obligationis fuerit. Si debitor mulieris dotem promiſerit, & mulierem heredem reliquerit: Labeo perinde habendum ait, ac ſi mulier ipſa dotem promiſiſſet. i Cuius ſententiam Iulianus quoque probat. Nec enim æquum eſſe ait, vt ei k damnetur l eius pecuniæ nomine, quam ipſa debeat: & ſatis eſſe acceptilatione eam liberari. m

No. quòd ſi dos fuit data in moneta antiqua: quòd in illa debet fieri reſtitutio. quod intellige, ſi poſtea eſſet variata moneta in materia, vel in forma. ſed ſi eſſet eadem moneta, tamen valor creuiſſet, vel decreuiſſet: hoc non inſpicitur niſi à tempore moræ: vt. l. vnum ſupra ſi cer. pet. pro quo vide quod dixi in. l. Paulus. infra de ſolu. Bart. & poteſt ſic ſummari: In his quæ in genere ſuo recipiũt functionem, videtur actum vt non idem, ſed tantum demreddatur. Bartolus.

XLII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale*.

Res in dotem datæ, quæ pondere, numero, menſura conſtãt, mariti periculo ſunt: quia n in hoc dantur, vt eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat: & quãdoque ſoluto matrimonio, eiuſdẽ generis & qualitatis o alias reſtituat vel ipſe vel heres eius.

XLIII. VLPIANVS *libro tertio Diſputationum*.

Licèt ſoleat p dos per acceptilationem conſtitui: tamen ſi antè matrimonium acceptilatio fuerit interpoſita, nec nuptiæ ſecutę: Scęuola ait, matrimonij cauſa acceptilationem interpoſitam non ſecutis nuptiis nullam q eſſe: atque ideo ſuo loco manere obligationem. r quæ ſententia vera eſt. Quotiens autem extraneus accepto fert debitori ſ dotis conſtituendæ cauſa: ſi quidem nuptię inſecutæ non fuerint, liberatio nõ ſequetur: t niſi fortè ſic accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum. tunc enim credẽdum eſt, breui u † manu acceptum à muliere, & marito datum. x Cæterùm y mulieri per liberam perſonam condictio adquiri non poteſt. Planè ſecutis nuptiis mulier ſoluto matrimonio dotis exactionẽ habebit: niſi fortè ſic accepto tulit extraneus, vt ipſe quoquo modo ſolutum fuerit matrimonium, cõdictionem z habeat. tunc enim non habebit mulier actionem. Secundum quæ a conſtituta dote per acceptilationem, & ſecutis nuptiis, is effectus erit dotis exactioni, vt ſi quidem pura ſit obligatio quæ accepto lata eſt: non ipſa b iam reſtituenda c ſit, ſed ſoluenda dos ſecundum ſua d tempora. Si verò obligatio in diẽ fuit, nec ante ſolutum matrimonium dies obligationis præteriit, reſtauranda e eſt in diem priſtinũ obligatio: & ſi debitum cum ſatiſdatione fuerit, ſatiſdatio renouãda eſt. Similique modo & ſi conditionalis fuerit obligatio, quæ in dotem conuerſa eſt, & pendente obligatione diuortium fuerit ſecutum: verius, obligationem ſub eadem conditione reſtitui f debere. Sed ſi conditio extiterit, conſtante matrimonio ex die diuortij tempora exactionis numerantur.

ſ *Debitori*. marito futuro.

t *Non ſequetur*. vt ſupra eo. ſi ego. j. reſpon.

u *Breui*. Nota breui manu acceptum à muliere viro datum: vt & infra de dona. inter virum & vxo. l. iij. §. fin. & aliter dicitur longa: vt infra de ſolu. l. ſi pecuniam.

Iunge l. 10. ſ. eod.

x *Datum*. & ita tres actus intelliguntur interuenire: quia debitor, ſcilicet vir, fingitur ſoluere creditori: creditor donare vxori: vxor marito futuro. Accurſius.

y *Cæterùm*. id eſt alioquin, niſi mulier fingeretur donaſſe: ſed alius nomine eius: ſibi non quæreretur actio per liberam perſonam: vt C. per quas perſo. no. adqui. l. j.

z *Condictionẽ*. ob cauſam quæ ei dabat hoc caſu matrimonio non ſecuto.

a *Secundum quæ*. ſcilicet prox. dicta. Accurſius.

b *Nõ ipſa*. ſcilicet obligatio. Accurſius.

c *Reſtituenda*. ei qui accepto tulit. Accurſius.

d *Sua tempora*. ſcilicet annua, bima, trima die. Accurſius.

e *Reſtauranda*. hoc expone vt infra in verbo reſtitui. & ſiue mulieri, ſiue dãti, ex poſt facto ſit reſtituenda.

f *Reſtitui debere*. quod generale eſt in omnibus obligationib⁹ quæ amiſſæ reſtituuntur, vt tales quales fuerũt reſtituantur: vt ſupra de mino. l. fin. & infra quę in frau. cre. l. ait. prætor. §. ſi cũ mulier. & . §. ſi conditionalis. & arg. C. mã. l. ſi pro ea. & infra. de cri. expil. here. l. penult. & infra de appel. reci. l. fin. Sed quomodo reſtituetur, cùm amiſſa non ſit antequã exiſtat conditio? dixerit aliquis, imò fuit amiſſa: quia poſt diuortium antequã mulier experiretur, extitit conditio. Sed ſecundum hoc damnificaretur creditor qui accepto tulit: cùm cõditio quę extitit poſt, forſan nunquam

† Et compẽdioſa, addũt Gręci Idcirco ſic appellat, quia plures traditiones fingũtur interueniſſe, quã re uera interuenerint, ergo propter celeritatẽ coniungendarũ actio. vocata eſt breuis manus l. 3. §. vlti. j. de do. inter virũ & vxor. Alio prorſus ſenſu dicitur longa manu in l. ſolutum. j. de ſolut.

nunquã exiſtet alia vice. ſic ergo exaudiatur obligationem reſtitui, vt pendente adhuc conditione iterum ſub eadem debeat repromittere: vt licèt prima tollatur per acceptilationem, cùm exiſtet conditio: ſecunda tamen efficaciter poterit intendi. Accur.

SI pater.] CASVS in prin. eſt planus. [QVÆ DEBITOREM.] Berta habet Titium debitorem in. c. ex cauſa mutui: & patrẽ eius de peculio: & deducto quod patri debetur, in peculio erãt. l. hęc Berta nupſit patri Seij: & dixit: ſit tibi doti quod filius tuus, aut quod tu mihi debes. quærit̃ an. l. vel. c. ſiñt dos? Et dicit ꝙ. l. & hæc. l. non petet amodo mulier à filio, vel à patre durãte matrimonio. Secũdò quęritur, quod tẽpus reſpiciendũ eſt quantum ſit in peculio? Reſpon. aut fuit cõſtituta prædicto modo cõſtante matrimonio, & ſic inſpicitur tempus contracti matrimonij. Tertiò econtra nubere voluit filio, & dixit: doti tibi ſit qđ mihi debet pater tuus de peculio. & dicit, inſpiciendum tẽpus matrimonij. Quartò, nubebat alij: & fecit ꝙ filius debitor ꝓmiſit extraneo viro futuro mulieris tantam quantitatem, quãta debebatur de peculio prædictæ mulieri: quęritur quod tempus inſpicitur? Et dicit quòd tẽpus quo promittitur. hoc dicit cum. l. ſequent. Viuianus.

### XLIIII. IVLIANVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

SI pater filiæ nomine dotẽ promiſiſſet, & eam antè nuptias emancipaſſet, non reſoluitur promiſſio. Nam & cùm ante nuptias pater moreretur, nihilo minus heredes eius ex promiſſione obligati manebunt. [a] Quæ debitorem filiũfamilias habet, ſi patri eius [b] ita dotem promiſerit: *Quod mihi debes.* vel *quod mihi filius tuus* [c] *debet, doti tibi erunt*: nõ obligatur, [d] ſed efficit, vt id quod actione de peculio ſeruari à patre poterat, in dote ſit. [e] Marcell⁹ ait: Siue igit̃ [f] cum filio poſt hac, [g] ſiue cum patre agere inſtituerit: exceptione pacti conuenti ſummouebitur. [h] actione autem de dote ſi experietur, conſequetur quod in peculio fuiſſe apparuerit eo tempore quo dos promittebatur: vtique ſi poſt nuptias promiſſa, eius [i] temporis peculium æſtimari [k] debet, quo nuptiæ fierent.

### XLV. TRYPHONINVS *libro octauo Diſputationum.*

QVòd ſi nuptura debitori filiofamiliâs, actionem dumtaxat de peculio promiſit: [l] id quod ex ea cauſa ſibi deberetur, nuptiarum [m] tempore inſpicitur. Si verò alij nuptura, iuſſit filiumfamiliâs debitorẽ de peculio dotem promittere: tempus inſpicitur quo dos [n] promiſſa eſt, vt tantum in peculio eſſe æſtimaretur. [o]

### XLVI. IVLIANVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

QVemadmodum inuito domino, ſeruus ſtipulatus adquirit: [p] ita ſi dotem domini nomine ſibi promitti patiatur, [q] obligatio domino adquiritur. Sed neque periculum dominus præſtare debebit, ſi fortè debitor mulieris dotem promiſerit, [r] neque culpam. [ſ] Traditione quoque rei dotalis in perſona ſerui vel filiifamiliâs facta, [t] dos conſtituitur: ita vt neque periculum, nec culpam [u] dominus aut pater præſtet. Igitur hanc dotem periculo mulieris eſſe dico, * quamdiu dominus vel pater ratam promiſſionem vel donationem † habuerit. Ideóque etiam manente matrimonio res quas tradiderit, condictione repetituram. [x] Item incerti condictione conſecuturam, vt promiſſione liberetur. [y] Si debitori ſuo mulier nuptura, ita dotem promiſiſſet: *Quod mihi debes, aut fundus Sempronianus doti tibi erit*: vtrum mulier vellet, id in dote erit. Et ſi quidem debitum maluiſſet dotis nomine apud vi-

plus eſt.

Cõc. l. 57. ĵ e. ſed ibi puto legẽdum in quod, nõ id quod.

a *Manebunt.* æquius tamen eſt de ſua parte filiam dotare in ſolidũ: vt infra de colla. do. l. j. §. penult. Et not. hîc æquiparari patrem mori, & filium emancipari: vt. C. de inſtit. & ſub. l. ſi pater. aliàs mater.

b *Patri eius.* cui nubebat. Accurſius.

c *Filius tuus.* Sed cur pater iſte in id totum quod debebat filius, non obligatur ad ipſum reſtituendum ſoluto matrimonio, ſicut ille cui nomen pauper in dotem datum eſt: vt ſupra eo. l. promittendo. §. ſi à debitore. & infra eod. l. vir ab eo. cùm & pater filij nomine conſtituendo quod filius debet, teneatur in ſolidum: vt ſupra de conſti. pecu. l. j. §. vlt? Reſpon. aliud eſt in eo qui nomen accepit in dotem: quia ei ceditur actio: & ceſſa ei actione, & contracto poſtea matrimonio, liberatur debitor à muliere: vt ſupra eo. l. non enim. quare cùm mulier contra alium actionem amittit, & mariti culpa in exigendo debitorem reperiatur: meritò mulier marito hanc culpam imputabit. & aliud eſt in patre, cui nulla contra filium poteſt cedi actio: vt inſtitu. de inuti. ſtipu. §. item inutilis. & ſupra de iudi. l. lis nulla. ſicut nec filio contra patrem: vt infra de act. & oblig. l. actiones. quare reſtat vt ipſa filiũ habeat obligatum: licèt exceptione remoueatur, ſi cõſtante matrimonio agat. id autem promittere videtur pater quòd mulieri cum effectu debetur: nec in plus intelligitur habere actionẽ mulier: vt ſupra de dolo. l. nam is.

d *Non obligatur.* ciuiliter: vel non obligatur vllo modo vt pecuniam aliquam ſoluat: obligatur tamen naturaliter non petere. & ſic dicit Io. in omni pacto facto de non petẽdo. vt enim ciuilis & naturalis eſſet obligatio, ſi ſe quid non facturum promittere: ita naturalis eſt tantùm, ſi nudum interueniat pactum.

e *In dote ſit.* quatenus in peculio fuit: quia illud videtur accepiſſe, & in dotem dediſſe: de reſiduo verò contra filium agere poteſt. Sed certè imò videtur quòd totum quod filius debet: vt infra eodem. l. nuptura. in fin. quæ eſt contra. Solu. hîc alternatiuè promiſit, ſcilicet quod pater vel filius debebat. & ſic minorem ſummam videtur conſtituiſſe, ad inſtar promittentis ſub diſiũctione. ibi ſimpliciter promiſit quod filius debebat. vel ibi filio nubebat.

f *Siue igitur.* ſcilicet mulier. Accurſius.

g *Poſt hac.* id eſt poſtquam mulier dedit dotem conſtante matrimonio. Accurſius.

h *Summouebitur.* vt & ſupra eodem. l. dotis. in fin.

i *Eius.* ſtrictè antè nuptias. Accurſius.

k *Aeſtimari.* ſi tamen plus erat: non ſi minus: præſumitur enim dolo eius imminutum: vt ſupra de pecu. ſed & ſi ipſe.

l QVod ſi nuptura. *Promiſit.* id eſt ſi promiſit tãtùm hoc eſſe in dotem quod de peculio ei debetur.

m *Nuptiarum.* Contra infra eod. nuptura. §. ſin autem. Solu. tempus promiſſionis inſpicitur, cum eo tempore amplius erat in peculio. & in eo caſu loquitur lex illa. hîc tempus nuptiarum inſpicitur, cum tempore ſtipulationis minus in peculio erat. vel dic vt ibi.

n *Quo dos.* ſi promiſſa eſt poſt nuptias. poteſt enim eſſe vt iuberet promittere antè, & ꝓmiſit poſt. ſiue enim promittat futuro marito filiofamiliâs, vt in princip. huius legis: ſiue filiofa. iubeat promittere alij, vt hîc: idẽ dico, & diſtingue vt ſupra. l. proxima dicitur: vt tempore nuptiarum inſpicitur quod

* i. quo addum.

† Perperam Halo. traditionem. nota hîc ĩ exẽpl. Flor. donationem dotis appellari, quod vix alias reperies.

o *Aeſtimaretur.* quãtum erat in peculio tempore promiſſionis.

QVemadmodum.] CASVS. Titius debitor vxoris meæ ea volente promiſit ſeruo meo. x. vt eſſent mihi dos pro vxore mea. quæritur. an mihi quæratur. Et dicit ſic, etiam inuito, ſicut quælibet ſtipulatio per ſeruum facta. Secundò dicit quòd ſi fui ignorans huius promiſſionis, & nõ egi, & factus eſt non ſoluendo Titius: non eſt meo periculo. Tertiò ſi dictus Titius tradit fundum ſeruo meo, vt eſſet dos, & ignoro, non teneor ad deteriorationem fundi: & ita vtroque caſu periculo mulieris eſt dos. Quartò dicit, quòd mulier poteſt conſtante matrimonio repetere fundum condic. ſine cauſa, & promiſſione debitoris, ex quo maritus non habet ratum. Viuianus.

p *Adquirit.* vt. ĵ. de adqui. re. domi. l. etiam inuitus. Accurſius.

q *Patiatur.* ideo dicit patiatur: quia etſi non ſtipuletur, ex nudo tamẽ pacto actio datur: vt. C. de do. promiſ. l. ad exactionẽ. Acc.

r *Promiſerit.* ſeruo. Accurſius.

ſ *Neque culpam.* niſi poſtea dominus habeat ratum: vt ſtatim ſequitur. Accurſius.

t *Facta.* nomine patris, vel domini. in perſona enim ſerui non poſſet conſtitui, quod hîc videtur dicere. Accurſius.

u *Culpam.* ſed dolum præſtat: vt ſupra de pecu. in bonæ fidei. Accurſius.

x *Repetituram.* repetitur hîc dos conſtante matrimonio: ſed non actione de dote. ſed hoc ideo mulieri cõceditur, quia ſi pater vel dominus ratum non haberet, quem mulier fortè conueniret: filius vel ſeruus non habet peculium. Vel ſi habet peculium, aufertur à patre vel domino ſine dolo malo. ne ergo periclitetur mulier, hoc conceditur ei. Accurſius.

Filius & ſeruus quãdoque non habent peculium.

y *Liberetur.* ſi nondum ratum habuerit. alioquin non: vt ſupra eod. l. ſi pater. §. quæ debitorem.

-rum remanere: poteſt ea [a] exceptione [b] ſe tueri aduerſus petentem fundum. quòd ſi fundum dediſſet, pecuniā marito condicet. [c]

Pater etiam ſi falſò exiſtimans ſe filiæ ſuæ debitorem eſſe, dotem promiſiſſet: [d] obligabitur.

XLVII. IDEM *libro octauodecimo Digeſtorum.*

SI ſeruo in dotem antè nuptias dato, donatum aliquid vel legatum antè nuptias [e] fuiſſet, ampliatur dos: ſicut ex fructibus fundi [f] qui antè nuptias traditus eſt.

XLVIII. IDEM *libro ſecundo ad Vrſeium ferocem.*

TAli facta ſtipulatione: *Decem in anno proximo dotis nomine dare ſpondes?* quæſitum eſt, annus ex quo tempore eſſet numerandus: vtrum ex die ſtipulationis factæ: an ex eo die quo dos eſſe potuiſſet, id eſt nuptiarum. Et reſpōſum eſt, ex die nuptiarum annum eſſe numerandum: ne ſi aliter obſeruaremus, ſi intra annum nuptiæ factæ nō ſint, videri poſſit dos ex ea obligatione deberi. [g] * Socer genero ſuo ſic legauerat: *Lucio Titio filiæ meæ nomine centum heres meus damnas eſto dare.* hāc pecuniam generum petere debere: exactam, acceptam legatis referri: [h] † ſed diuortio facto, de dote actionem mulieri reddēdam [i] Proculus reſpondit: & nihilo minus dotis eſſe factam Iulianus notat: Imò nec filiæ, ſi voluerit, denegãda eſt huiuſmodi actio. [k]

Iſtam. l. intellige quando vir liberauit promiſſorem dotis abſq; iuſſione mulieris: aliàs ſecus: vt. d. l. debitor. cum. l. ſequen. ſupra eo. Baldus.

XLIX. IDEM *libro quinto ex Minicio.*

VIr ab eo qui vxori eius dotem facere volebat, [l] certam pecuniam eo nomine ſtipulatus eſt: deinde acceptam eam fecit. Quærebatur, eſſétne ea pecunia in dotem. Reſpondit: Si acceptam non feciſſet, & promiſſor ſoluendo eſſe deſiiſſet: quæreremus an culpa mariti ea pecunia exacta non eſſet. Cùm verò acceptam fecit, omnimodo periculum ad eum pertinebit. Perinde enim eſt, ac ſi acceperit pecuniam, [m] & eandem promiſſori donauerit.

L. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

QVæ fundum in dote habebat: diuortio facto, cùm in matrimonium rediret, pacta eſt cum viro, vti decem in dotem acciperet, & fundum ſibi reſtitueret: [n] ac datis decem, priuſquam fundus ei reſtitueretur, in matri-

A monio deceſſit. Illud ex bona fide eſt, & negotio contracto conuenit, [o] vt fundus quaſi ſine cauſa penes maritum eſſe cœperit, condicatur. [p] Et hoc euidentius circa actionem pigneratitiam apparebit. etenim ſi cùm fundum Cornelianum pignoris cauſa tibi tradidiſſem, poſtea ex conuentione fundum Titianum in hoc tibi tradiderim, vt Cornelianum mihi reſtitueres: minimè, puto, dubitandum erit, quin ſtatim rectè pigneratitia [q] ad recipiēdum
B Cornelianum agere poſſim.

LI. VLPIANVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

SI res quas filiæ emancipatæ pater donauit, ex voluntate eius poſtea in dotem pro ea datæ ſunt: à filia dotem, non à patre videri datam.

LII. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

NOn ſolùm ſi æſtimatus fundus, ſed etiam ſi non æſtimatus in dotem datus eſt: & aliàs
C cùm neceſſe [r] non habeat mulier duplum promittere, promiſit: [ſ] quia ipſe fundus eſt in dote, quodcumque propter eum conſecutus fuerit à muliere maritus, quandoque reſtituet mulieri de dote agenti. [t]

Nota in hac. l. caſum, quòd ſi vir accepit promiſſionem ſcienter non idoneam cauſa donandi ipſi mulieri, non obligatur niſi ex eo in quo erat promiſſor idoneus tēpore promiſſionis, niſi ex poſtfacto poſt factam promiſſionem di-
D ctus promiſſor fieret idoneus: vt hîc. de quo dixi ſupra eod. l. promittendo. §. ſi à debitore. Bartolus.

LIII. NERATIVS *libro tertio Membranarum.*

CVm vir [u] vxori donare vellet, debitor mulieris, qui ſoluendo non erat, dotem ei promiſit. Ad id dumtaxat, ad quod ſoluendo fuit, [x] viri periculo ea res eſt: & ſi quid debitori ad ſoluendum facultatis acceſſerit, pericu-
E lum ad eam ſummam quæ acceſſerit creſcet, permanebítque, etiā ſi rurſus pauperior [y] factus erit: quia [z] neque tum cum dos promitteretur, donatio facta eſt, niſi eius pecuniæ quæ à debitore ſeruari non poterat: neque [a] cum ſoluendo [b] is eſſe cœpit, donationis cauſa permaneat: [c] cum eo loco res ſit, quo eſſet, ſi tum quoque cùm promitteretur dos, locuples fuiſſet. [d]

LIIII. GAIVS *ad Edictum prætoris vrbani titulo de Prædiatoribus.* †

REs quæ ex dotali pecunia comparatæ [e] ſunt, dotales eſſe videntur.

† Sic dicebātur cauſæ alienæ defenſores, qui olim vindices dicebantur, vt ait Boetius in Topic. Cic. Cōc. l. 42. ℑ. eod.

LV. IDEM

---

a *Poteſt ea.* ſcilicet mulier.

b *Exceptione.* impropriè ponitur exceptio. nam & ipſo iure liberatur: cum duo ſub alternatione deberet, & alterum ſoluit: vt ſupra eod. l. plerunque. §. fin. Accurſius.

l. 45. c. l. 65. ℑ. eod.

c *Condicet.* prima actione.

d *Promiſiſſet.* eius marito.

e *SI ſeruo. Ante nuptias.* idē & poſt diuortium: vt infra ſol. mat. ſi marito. §. fin. idē & ſi conſtante. ſi tamē donās noluerit ad maritum pertinere: vt infra eo. ſi legato. Accur.

f *Fundi.* vt ſupra eod. l. dotis fructus. ij. reſpon. Accurſius.

g *TAli facta. Non deberi.* ſemper enim tacita ineſt conditio: vt ſupra eod. plerūque. §. ſi ante.

* Sic Flor. perperā autem in cæteris libris addebatur negatio. Anto. Aug li. i. c. 2.

h *Referri.* id eſt aſſimilari: quia vt de cæteris legatis detrahitur Falcidia, ita & de iſto. Accurſius.

i *Reddendam.* quamuis non fuit facta mentio dotis. nec enim fuit neceſſe: vt ſupra e. l. quod autē ſic, & infra de cōdic. & demonſt. l. Titio §. fina. Sed contra infra de lega. j. l. ſeruo legato §. ij. Solu. vt ibi.

† id eſt in legatorū cauſam imputari, tametſi doti acceſſerit Bud.

k *Actio.* ex teſtamento contra heredes: vt infra de leg. iij. fideicōmiſſa. §. interdum. & caue tibi: quia hoc caſu dos promiſſa non fuit: vt ſupra eod. cùm pater. Accurſius.

l *VIr. Volebat.* promittendo futuro marito. Accurſius.

m *Pecuniam.* à promiſſore. Accurſius.

n *QVæ fundum. Reſtitueret.* quod pactum non valet conſtante matrimonio vt ſupra eo. l. ita conſtante.

o *Conuenit.* id eſt conueniens.

p *Condicatur.* de dote autē actio durante matrimonio nō habet locum. Accurſius.

q *Pigneratitia.* hæc enim competit quotiēs pignus liberatū eſt: vt ſupra quib. mod. pign. vel hypo. ſol. l. ſoluitur §. ſi conuenit. Accur.

r *NOn ſolum. Neceſſe.* veluti cū ſatiſdatione. vel non erat conſuetudo in regione, vt de dupla promitteret. Accurſius.

ſ *Promiſit.* nā ob quālibet cauſam promitti poteſt de dupla: vt. ſ. de euic. l. ſciendum.

t *Agenti.* vt & ſupra eo. l. quotiens. Accurſius.

*CVm vir.* CASVS. Vir volebat donare vxori. l. vnde cùm mulier haberet quendam debitorem à quo recipere debebat. c. ex cauſa mutui, neque tamen eſſet ſoluendo niſi in. l. delegauit eū viro in dotē: & cùm dotem recepiſſe cōfeſſus eſt vir. negligit eā exigere. quęritur an ſit periculo viri, vel mulieris: & an ſit pauperior debitor, & eſt viri periculo: aut ditior: vt quia incepit habere. l. ſed poſtea incepit habere. xx. tantùm: & tunc eſt periculo viri à. xl. infra. Viuianus.

u *Cum vir.* volens donare accepit debitorē in ducenta pro ducentis, cùm non poſſet ſoluere niſi centum. ad id nunc reſpōdet. Accurſius.

x *Soluendo fuit.* ſcilicet debitor.

y *Pauperior.* & culpa marito obiici poteſt: aliàs non: vt ſupra eod. vir ab eo. &. ℑ. de fundo dota. l. ſi fundum.

z *Quia.* ratio primi caſus.

a *Neque.* ratio ſecundi caſus. Accurſius.

b *Soluendo.* ſcilicet debitor. & quia cùm ſoluendo eſſe cœpit, donationis cauſa nō permanet. Ioan.

c *Permaneat.* quia maritus iſte poteſt exigere tantum quantum ſoluturus eſt vxori.

d *Fuiſſet.* ſcilicet debitor.

e *REs. Sunt comparatæ.* ex voluntate mulieris, cùm mulieri vtile ſit: vt ſupra eod. ita conſtante. &. l. ſi ex lapidicinis. & infra titu. j. l. ſi mulier. & argum. C. de ſer. pign. da. ma. l. fin. & infra de donatio. inter virum

& vxorem.l.vxor marito.alioquin ſi ſine voluntate mulieri,non erit empta res dotalis: vt.C.eod.l.ex pecunia dotali.quæ eſt cõtra. & infra de furt.l.qui vas.§.fina.

A

f *Retineatur*. in cauſam pignoris. Azo.

g *Per partes*. per partes ideò dicit, quia non frequenter contingit vt tantùm impendatur vna vice, quanti eſt fundus.ſed ſi hoc euenit, idem erit ſecundùm Ioannem.

h *Deſinere*. ſcilicet perpetuò: vt bona ſit exceptio.

LV. IDEM *libro primo ad Plautium.*

CVm dotis cauſa aliquid expromittitur, fideiuſſor eo nomine datus [a] tenetur.

LVI. IDEM *libro ſexto ad Plautium.*

SI is qui Stichum mulieri debet, in dotem delegatus ſit, B & antequam ſolueret debitor, Stichus deceſſerit: cùm neque per debitorẽ ſtetiſſet quò minus ſolueret, neque maritus in agendo moram feciſſet: periculo mulieris Stichus morietur: quanquam etiam ſi moram maritus fecerit in exigendo: ſi tamen etiam apud maritum moriturus Stichus fuerit, actione dotis maritus non teneatur. [b] Ibi dos eſſe debet, vbi onera [c] matrimonij ſunt. Poſt mortem patris ſtatim onera matrimonij filium ſequuntur, ſicut C liberi, ſicut vxor. Quod dicitur, [d] neceſſarias impenſas ipſo iure dotem minuere: non eò pertinet, vt ſi fortè fundus in dote ſit, deſinat aliqua ex parte dotalis eſſe. [e] ſed niſi impenſa reddatur: aut pars fundi, aut totus retineatur. [f] Sed ſi tantum in fundum dotalem impenſum ſit per partes, [g] quanti fundus eſt: deſinere [h] eum dotalem eſſe, Scæuola noſter dicebat: [i] niſi mulier ſpontè marito intra annum impenſas obtulerit. Si pecunia D & fundus in dote ſint, & neceſſariæ impenſæ in fundum factæ: Nerua ait dotem pecuniariam minui. Quid ergo ſi mulier [k] impenſas marito ſoluerit? vtrum creſcet [l] dos: an ex integro data videbitur? [m] Cuius [n] rei manifeſtior iniquitas in fundo [o] eſt, ſecundùm Scæuolæ [p] noſtri ſententiam. Nam ſi deſinit [q] dotalis eſſe, poterit alienari. Rurſus quemadmodum poterit fieri dotalis data pecunia? an iam pecunia in dote eſſe videbitur? Et magis [r] eſt vt ager in cauſam dotis reuertatur: [ſ] ſed interim alienatio fundi inhibeatur.

LVII. IAVOLENVS *libro primo ex Plautio.*

NVptura filiofamiliâs ſi ſocero dotem ita promiſerit: *Quod filius tuus mihi debet, id doti tibi erit*: intereſſe puto, vtrum filij obligatio, an patris perſecutio & in rem verſum promiſſione contineatur. Nam ſi id quod filium dare oportet, ſignificatum eſt: tota pecunia in quam filius obligatus eſt, promiſſione dotis continebitur. Sin autem id quod patrem de peculio vel in rem verſo præſtare oportebit: æſtimare [t] debebit, quantum ſit eo tempore id † quod promittitur: vt ea ſumma dotis eſſe videatur, qua patrem eo tempore [u] filij nomine condemnari oportebit. Quòd ſi non euidenter apparuit de cuius mulier obligatione ſenſit, præſumptionem ad filij debitum ſpectare veriſimile eſt, niſi euidentiſſimè contrarium [x] adprobetur.

† Videtur legi debere, in quod vt conueniat cum l.45.§. eod.

LVIII. CELSVS *libro nonodecimo Digeſtorum.*

SI ſponſalibus nondum factis, Titio dotem Seiæ nomine promiſeris, quum ea nubere

CVm dotis.] CASVS. Mulier pro dote quam viro promittit, fideiuſſorem dare poteſt. Viuianus.

a *Datus*. ab eo qui marito dotem promittit. Sed econtra non valet, vt.C. de fideiuſſo. & man.l.j.quę eſt contra. Solu. hîc vir accepit, quod poteſt: in.l. contra. vxor, quod nõ poteſt.

SI is qui.] CASVS in princip. huius.l. eſt ſatis facilis. [QVOD DICITVR.] Mulier dedit in dotem fundũ qui valebat. c. & nihil aliud.in quo fundo vir impẽdit neceſſario, puta ad foſſam: quæritur, an ipſo iure deſinat eſſe dos: & ſic viri in tanta quantitate, quanta eſt impenſa? Et videtur quòd ſic, ex quadam regula quæ dicit, expẽſæ neceſſariæ ipſo iure minuunt dotem. Sed tamen ſic intellige regulam: vt ſi expẽſæ ſint minus quàm valeat fundus, non deſinet dotalis eſſe ex aliqua parte: ſed retineatur loco pignoris etiã totus. aut impenſa eſt quãtum valet fundus: & tunc deſinit eſſe dotalis. ſed mulier ſi obtulerit impenſas vſque ad annum, recuperat fundum. Secundò pone, quòd mulier dedit fundum valẽtem centum, & inſuper. c. in pecunia: hîc vir impendit. c. in fundo per plures vices neceſſario. quæritur, an deſinat fundus eſſe in dotem? Et dicit quòd non: ſed pecunia quæ eſt in dotem, deſinit eſſe dos. Tertiò redit ad primũ, & quærit: pone quòd mulier reddit impenſas vſque ad annum: quæro an incipiat fundus eſſe dos, quaſi deſierit. quod non videtur, quòd deſiit: quia vir interim potuiſſet alienare. an non videtur non deſiiſſe dos: ſed quaſi inutiliter remanſiſſe: & vires nunc reaſſumat expenſis redditis? & dico quòd deſiit, & reincipit: neque eum poterit interim vir alienare, quia remanſerit quaſi dotalis. Viuianus.

b *Non teneatur*. contra me videtur quod hîc de mora dicitur: ſed non eſt, quia non in reddendo, ſiue dando, ſed culpa fuit in exigendo, ſecundùm Ioan.

c *Onera*. vt & ſupra familiæ erciſcundæ. l. ſi maritus. &. l.ſi filia.§.j.& ſupra pro ſocio.l.actione.§.fina. Quæ autem ſint onera illa, dicitur infra ſolu.mat.l. ſi cùm dotem.§. ſinautem in ſæuiſſimo.

d *Quod dicitur*. vt & infra de impen.l. quod dicitur. & ſupra de ri.nupt.l.dotem.& infra titu.j.conuenire. &.C.de rei vxo.act.§. ſed nec ob impenſas. & ſupra de euict. l. ſi pro re. §. ſi pro euictione.& inſtitu.de act.§.penultimo.

e *Dotalis eſſe*. qui æs alienum fundum non ſequitur, nec deminuit: vt infra ad Trebel.l.j.§. ſi heres.&.l. cogi.§.iij. Vel ſecundùm Ioan.quia nemo inuitus cogitur ad communionem, vt ſupra de condict.indebi.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.

Inuitus nemo ad communionem cogitur.

i *Dicebat*. hîc refert opinionem Scæuolæ, quam infra eodem. §. corrigit, ſecundũ quoſdam. Vel quod legitur infra, determinat per illud verbũ niſi, quod ſtatim ſequitur.

k *Si mulier*. quando ſolus ager in dotem datus eſt. Accurſius.

l *Creſcet dos*. ſcilicet prima: vt non intelligatur noua data: ſed vetus creuiſſe videatur.

m *Videbitur*. vtrumque enim videtur abſurdum. & eſt verum, ſi ponas fundum tantum in dotem datum, & minus impenſum quàm valeat fundus. ſed ſi ponas pecuniam & fundum, tunc decreſcit pecunia quidẽ propter impẽſas fundi.

n *Cuius*. ſi dicas ſtatim decreſcere dotem propter neceſſarias impenſas. Accurſius.

o *In fundo*. in pecunia nulla eſt iniquitas ſi creſcat: cùm & decreſcat: vt infra de impen.l.quod dicitur.dic ergo, manifeſtior, id eſt manifeſta.

p *Scæuolæ*. qui dixit deſinere dotalem, ſi expenſæ fiant quanti valet fundus: vt ſupra ea. l.Accurſius.

q *Deſinit*. ſcilicet ſtatim, quando tanta eſt impenſa quãti eſt fundus, prout Scæuola dicebat: quod poteſt eſſe vxore non ſoluente intra annum: vt ſupra eadem.l.

r *Et magis*. nunc ſoluit. Accurſius.

ſ *Reuertatur*. quia licèt deſiit eſſe dotalis, manſit tamen quaſi dotalis: & ideò alienatio impeditur, ſicut & aliàs: vt infra de fund. do. l. fundus.& ſupra de condict. ob cau. quod Seruius. Accurſius.

NVptura.] CASVS. Tria dicit, quòd Berta habebat obligatum filiumfamil.in.c. & patrem de peculio: & hæc nupſit F filio: aut ergo dedit in dotem quod filius debet: & ſic. c. aut quod pater: & tunc quod peculium poteſt. aut eſt dubium de quo ſenſit, & dicit quòd ad filij debitum reſpicere videantur, & c.in dotem ſunt. Viuianus.

t *Aeſtimare*. ſcilicet iudex.aliàs æſtimari. Azo.

u *Eo tempore*. quo nubit: vt ſupra eodem.l.ſi pater.§.quæ debitorem.in fine.&.l.ſequenti.vel dic vt ibi in.l.quòd ſi.

x *Contrarium*. Sed nonne eſt ei contra. quod dicitur, in obſcuris quod minimum eſt ſequimur: infra de re iudic. l. inter pares.in fine. ſed hoc dotis eſt priuilegium: vnde aliud eſt: vt infra eodem. l. in ambiguis. Item contra ſupra eodem. ſi pater.§. quæ debitorem. in principio. §. Solu. vt ibi. Item not. hîc ſtari præſumptioni, donec probetur contra.vt infra de fideicommiſ. lib.l.generaliter.§.ſi petitum. & ſupra quod metus cauſa. l. non eſt.&.C.de pigne.actio.l. finali. & infra de lega. iij.l. vxori.§.finali. Accurſius.

Pręſumptioni ſtandum eſt, niſi contrariũ probetur.

UNED

ei nollet: [a] tamen ſi poſtea nupſerit, dotem debebis: niſi aliæ nuptiæ mediæ [b] interueniſſent.

Si mulier ancillam Pamphilam à Titio ſtipulata, deinde ei nuptura, quod is ſibi debebat, doti habere permiſit: etiam ſi non erit viri Pamphila, an ipſa tamen Pamphila in dote, [c] & mulieris periculo [d] erit? An & quod ea [e] pepererit, reddi mulieri debebit? quia [f] ſi in ſua cauſa prior ſtipulatio manſiſſet, [g] non redderetur: [h] niſi fortè refert, habuerit rem quam debebat vir quo tempore dos conſtituebatur: (nam ita poterit videri res ipſa ad eum perueniſſe [i]) an non habuerit. Nam ſi non habuerit: magis eſt vt liberatio [k] obligatiõis potius quàm res ipſa ad eum ita perueniſſe videatur: ideóque partus eius non debeatur. *

Adiectus quis videtur ad ſolutionem, nõ ad obligationem quæ ex ſolutione reſultat. Bartolus.

LIX. MARCELLVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

SI mulier ita dotem promiſerit, *Decem tibi aut Titio doti erunt:* hoc caſu dici poteſt vel Titio [l] dari poſſe: ſed de dote virum teneri: quemadmodum ſi Titio iuſſiſſet [m] dari. Nec mirum: cum etiam promiſſura viro dotem poſſit delegante eo alteri promittere: etſi [n] dici ſolet, alij [o] quàm marito dotis nomine mulierem nõ poſſe obligari. his enim caſibus viri [p] dos quæritur. Non enim exiſtimabimus illam ita promiſiſſe, cùm vel de Titij nuptiis cogitaret.

Per delegationem non liberatur debitor, niſi delegato quæratur. Item reſtitutio fideicommiſſi ex Trebellianica delegari non poteſt. Bartolus.

Ex aſſe heres inſtitutus, rogatúſque mulieri dodrantem hereditatis reſtituere: iuſſu eius, [q] quod debet, [r] doti promiſit marito. Vereor, † non ſit obligatus. nam mulieri in hoc tenetur, vt hereditatem reſtituendo transferat actiones & quas habet, & quibus eſt obſtrictus: quas transferre ad alium quàm cui debet fideicommiſſum, non poteſt. Aliquis dixerit, incerti cum eo agi poſſe, [vt] fideicommiſſi præſtet æſtimationem. [ſ] Huic ego conſentire non poſſum. Nam obligari mulieris debitorẽ ita æquum eſt, ſi accipere idipſum quod ei debetur, vir [t] poteſt. Sed ne indotata mulier eſſe videatur, dicendum eſt ipſi mulieri ex Trebelliano reſtituendam eſſe partem hereditatis, quę ei relicta eſt, vt ea ſuo marito pro dote eam ſolueret: quia & ad eam fideicommiſſum & onera eius pertinent: delegatione propter nimiam ſubtilitatem [u] & caſus neceſſitatem minimè obtinente. C Eius nomine quæ libera videbatur, decem in dotem dediſti. eo caſu habebis condictionem, quo habere potuiſſes, ſi mulieris liberæ nomine dediſſes, [x] nec nuptiæ ſecutæ eſſent.

Si manumiſſa nupſerit, ita demum dos [y] erit, ſi ea mente dediſti, vt quandoque ſecutis nuptiis dos eſſet. Igitur ſi mulieri donaturus dediſti, dominus condicet: [z] quemadmodum ſi eum qui ſibi [a] donaturus eſſet, mulieri ipſam donare iuſſiſſet.

D Not. iſtum caſum, qui eſt adeò verus, vt ſi aliquis promittit dotẽ arbitrio boni viri, quòd tunc intelligitur certa quantitas relicta, quam bonus arbiter arbitrari debet: etiam ſi nunquam arbitratus fuiſſet: vt. l. 1. infra de leg. 2. Et eſt argumen. ad ſtatuta Italię, quę dicunt mulierem eſſe dotandam. Bartolus.

LX. CELSVS *libro vndecimo Digeſtorum.*

QVæro, quantæ pecuniæ dotem promittenti adultæ E mulieri curator conſenſum accommodare debeat. Reſpondit, Modus ex facultatibus & dignitate [b] mulieris, maritíque [c]

---

a A SI *ſponſalibus. Nollet.* non tamen repudium miſit. alioquin euaneſceret: vt ſupra eod. l. ſtipulationem. &. l. licet. vel hîc non erant ſponſalia.

b *Mediæ.* vt infra eo. l. dotis.

c *In dote.* quod infra eod. corrigitur. nam non eſt dos, niſi cùm fundus fuerit penes virum: vt. j. de fun. dota. ſi nuptura. §. ſi fundum alienum. & facit infra eodem titulo. l. ſi marito. & ſupra eod. l. ſi res. §. finali. Accur.

d *Periculo.* maritus enim licèt teneatur in ſpecie aliena, eius tamen interitu liberatur: vt infra de ſolutio. l. ſi mihi alienum.

e *Ea.* ſcilicet Pamphila.

f *Quia.* videtur quòd non: quia, &c.

g *Manſiſſet.* id eſt, ſi non permanſiſſet, cauſa dotis haberi.

h *Redderetur.* quia in ſtipulatione non venit partus & fructus, niſi lit. conteſta. vt ſupra de vſur. l. videamus. §. ſi actionem. & l. ſi ſtipulatus.

* Flo. debetur.

i *Perueniſſe.* breui manu: vt ſupra ſi cer. petatur. l. ſingularia.

k *Liberatio.* Not. non res, ſed liberatio peruenit ad maritum. argumen. pro ſententia noſtra: vt hîc, & infra de fun. do. l. ſi fundum. Accurſius.

SI *mulier.*] CASVS in hac. l. non ponitur vſque ad. §. ex aſſe. [EX ASSE.] Teſtator Titium heredem inſtituit: & rogauit vt ix. vncias heres Bertæ reſtitueret. hæc Berta nubens Seio delegauit Titium, vt ei reſtituat. quæritur, an hoc fieri poſſit? Et dicit quòd non: ſed ipſi mulieri debet fieri reſtitutio: & ipſa poſtea in dotem det. dicit aliquis, quòd Titius debet reſtituere æſtimationẽ hereditatis: quod non placet: quia non quæſiuit aliquod ius ex dicta delegatione & promiſſione facta Titio. [EIVS NOMINE.] Pro ancilla, credens liberam, dedi centum in dotem. matrimonium non eſt ſecutum: quia non potuit cum ancilla contrahi. quæritur quis repetit, ego vel dominus? & dicit, ſi dedi donaturus, tunc dominus: ſi nõ donaturus, tunc ego. Secundò, hæc manumiſſa nupſit. quęritur, an ſit dos. & dicit, aut quandocunque contrahet, eſſet dos: & erit dos: & aliter non. Tertiò infert ex primo: vt ſi dedi donaturus, nunquam repetam: ſed dominus: ſicut ſi voluiſſem donare domino, & eius iuſſu donaſſem ancillæ. Viuianus.

† Sic Flor. pro ne. qđ latinus eſt quã, ne non.

l *Vel Titio.* vel, pro etiã. ſ. vt trãſeat dominiũ ſine poſſeſſione. Ac.

m *Iuſſiſſet.* vir, ſi non delegauerit: vt differat à ſequenti: cùm dos non ſit viri.

n *Etſi.* pro etiam. id eſt quamuis.

o *Alij.* quaſi illi alij ſit nuptura. Acccurſius.

p *Viro.* non Titio, cuius perſona adiicitur ad ſolutionem tantùm: vt inſtitu. de inuti. ſtipulatio. §. ſi quis alij. vel differat à ſequenti, cùm non ſit matrimonium. Accurſius.

q *Iuſſu eius.* ſcilicet mulieris.

r *Debet.* vnde nec ad heredem tranſit: vt infra de lega. j. cum filio. ſed videtur ad alium tranſire poſſe: vt infra ad Trebellianum. l. apud Iulianum. §. ſed vtrum. quæ eſt contra. Sol. ibi loquitur de eo procuratore per quem mihi reſtitutio videtur fieri: hîc de eo qui animo nouandi eſt in rem ſuam adhibitus: & per eum mihi non quæritur aliquid. nec mirũ. nam filius procuratorem conſtituit: non tamen nouat: vt ſupra de procura. l. ſeruum. & infra de noua. l. filius. Sed argumẽ. contra. ſ. de mino. quòd ſi minor. in princi. vbi in cauſa in integr. reſti. fit alius procurator in rem ſuam. & facit infra de dona. l. vt mihi. Item not. hereditatem per delegationem non poſſe acquir. nam nec per procuratorem poteſt adiri: vt infra de acquirenda hereditate. l. Paulus reſpon.

ſ *Aeſtimationem.* marito. Accurſius.

t *Vir.* vir autem non poteſt, cùm non ſit fideicommiſſarius: ſicut nec ſeruitutem poteſt quærere, qui fundum non habet: vt ſupra de actio. empti. l. tenetur. §. ſi tibi. Accurſius.

u *Subtilitatem.* No. nimia ſubtilitas eſt iuris impoſſibilitas. Ioan. ſupra fuit ſubtilitas, ſed caſus ſcilicet iſtius neceſſitas. nam aliàs ſecus: vt ſupra eod. l. ſi extraneus.

x *Dediſſes.* id eſt ſi non donatur' mulieri promiſiſti.

y *Dos.* prius enim nõ erat dos: quia nec matrimonium: vt. C. de poſi. l. Lucius Titius cùm haberet.

z *Condicet.* quia domino huiuſmodi pecunia quæſita eſt: quemadmodum, &c.

a *Sibi.* ſcilicet domino.

b Q*Væro. Dignitate.* Nam & magiſtris pro dignitate natalium mercedes præſtantur: vt infra de adminiſtratione tutorum. l. cùm plures. §. cùm tutor. ADDITIO. Ex iſto tex. dum dicit, dignitate mulieris, &c. not. quòd nobiles mulieres indigent maiori dote quàm ignobiles. & hoc eſt verum nubendo pari: ſecus ſi inferiori: vt not. C. de dot. promiſſ. l. iij. ſecundùm Bald. hîc.

Magiſtris pro nataliũ dignitate merſes præſtatur.

c *Maritíque.* vt argumen. C. de adminiſtratione tuto. ſi curatores.

res.& infra eodem.l.cùm poſt.§.gener.&.§.nuptiis.Accurſius.

a *Siue generalis.Dotis.*vel augendæ,vel minuendæ: vt infra de adminiſtra.tuto. & curato.l. non tantùm. poteſt enim ſic conſtitui:vt.C.de iure do.mulier in minore.

b *Promiſſum.*ab adulta cum auctoritate curatoris. ſed ſi curator promiſiſſet aliquid:diſtingue : vt ſtatim dices.

† Vide hic elegantem Stephani Græci interpr. diſtinct.

c *Non valet.* ergo non poteſt reſtitui:vt ſupra de mino.l. in cauſæ. in princip.Sed contra dicitur ſupra de mino. l. ſi ex cauſa. §. in dotis. Solu. Siue curator ſiue adulta promittat in dotem vltra quàm valeat patrimonium, vel vltra quàm valeant facultates, ipſo iure nulla eſt promiſſio, vt hîc, vt ſi habet centum, & promittat ducenta:niſi vbi curator promittat animo donandi , vel decipiendi. tunc enim tenet in præiudicium curatoris.Si verò adulta promittat in dotem vltra vires patrimonij: vt ſi habet cētum,promittat. lxxx. cum debeat creditoribus . xl. vel ſi totum patrimonium nominando dedit, non detracto ære alieno : tenet promiſſio : ſed reſtituetur : vt ibi . Si verò curator promittat bona fide vltra vires, tenetur : ſed de æquitate gaudet exceptione : vt infra de admi tuto. cùm poſt §. j. Alij dicunt quòd ideo non valet hoc ipſo iure, quia vir participauit dolum : alioquin , id eſt ſi vir non participauit dolum : ſi ſciens curator fuit, tenetur, cùm donaſſe videatur . Si verò bona fide, ſuccurritur ei curatori aduerſus mulierem : vel ipſa mulier promittat viro de ſolido ſoluendo ſi ad meliorem. fortunam peruenerit:& curatori datur exceptio de ſuperfluo.infra de adm.tu.l. cum poſt . Vel hîc ipſa promiſit : ibi in. l. ſi ex cauſa.curator,ſecundù Ir.tu dic vt primo dixi. Accurſius.

Dotis promiſſio vltra vires patrimonij , an valeat.

* Flo. infirmare.

† Vulg. permutauit.

ſtatuendus eſt , quouſque ratio patitur. †

LXI. TERENTIVS *Clemens libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

Siue generalis curator,ſiue dotis [a] dandæ cauſa conſtitutus ſit, & amplius doti promiſſum [b] eſt, quàm facultates mulieris valent, ipſo iure promiſſio non valet: [c] quia lege rata non habetur auctoritas dolo malo [d] facta.

Quærendum tamen eſt, vtrum tota obligatio, an quod amplius promiſſum eſt, quàm promitti oportuit, infirmetur. Et vtilius eſt dicere, id quod ſuperfluum eſt, tantummodo infirmari. [e] * Iſte autem curator res dotis nomine tradere debet: non etiam vt vendat cuilibet , & pretium eius in dotem det. Dubitari autem poteſt,an hoc verum ſit. Quid enim ſi aliter honeſtè nubere non poſſit, quàm vt pecuniam [f] in dotem det,ídque ei magis expediat? Atquin poſſunt res in dotem datæ plerumque alienari, & pecunia in dotem conuerti. Sed vt expediatur quæſtio , ſi quidem res in dotem maritus accipere maluerit: nihil amplius quærendum eſt. ſin autem non aliter contrahere matrimonium vir patitur,niſi pecuniis in dotem datis:tūc officium eſt curatoris, apud eundem intrare iudicem qui eum cōſtituit, vt iterum ei cauſa cognita etiam viro abſente,permittat rerū venditione celebrata dotem conſtituere.

Reſtituto minore, non reſtituitur aduerſarius eius aduerſus rem iam in alium per maiorem redactam, ſed ad eius æſtimationem. hoc dicit.

LXII. MODESTINVS *libro quinto Reſponſorum.*

Titia cùm eſſet minor viginti quinque annis, quartam hereditatis matris ſuæ communem E ſibi cum fratribus mutauit, † &

d *Malo.* à ſimili. nec hîc quaſi dolo præſumpto procurator promiſit, ſecundùm Ir.tu dic vt primò dixi in.l.ſi ex cauſa.Accurſius.

Vtile nō vitiatur per inutile.

e *Infirmari.*non vitiatur vtile per inutile:vt ſupra de vſur.l. placuit.& infra de ſtip.ſer.l.ſed ſi ſibi.& ſupra communia prædio.l. proprium.Accurſius.

f *Pecuniam.* ſic rebus alienatis,pecunia,ſcilicet ex rebus accepta, poteſt conuerti in dotem,vt dictum eſt ſupra. l. ita conſtante. & infra eo.cùm poſt.§.pen.&.l.finali.

*Titia.*] CASVS.Berta habebat in hereditate materna quartam,quam ceſſit coheredibus:& ipſi dederūt ei Bertæ quēdam fundum,quem ipſa dedit in dotem viro cum aliis rebus. tādem videns ſe deceptam, petiit ſe reſtitui in integrum ipſamet, A vel ea mortua heredes eius:& reſtituta eſt ad quartā : & fundum eis reſtituit ex voluntate viri.quæritur an vir debeat eſſe contentus cæteris rebus ea viuente,vel ea mortua , cùm erat pactum de dote lucrāda?Et dicit quòd non:ſed dabitur viro æſtimatio fundi. Viuianus.

accepit pro ea parte fundū , quaſi emptione inter ſe facta.hunc fundum cum aliis rebus doti dedit. [g] Quæro, ſi in integrum reſtituatur, [h] & partem ſuam accipiat quartam, & reddat fundum, [i] quid debeat maritus facere : an contentus eſſe debeat aliis rebus B in dotem datis. Item quæro, ſi hæc deceſſerit, & heredes eius in integrum reſtitutionem ex perſona eius petierint, & ipſi petant quartam partem , & illi fundum: an maritus cogatur reſtituere fundum, contentus in retentione lucri dotis cæteris rebus. Modeſtinus reſpondit, nihil proponi cur marito dos auferenda ſit : ſed in meram æſtimationem prædij mulier vel eius heredes condemnandi [k] *ſunt,in hoc tempus referendam,quo in dotem datus eſt.

C Actionem alteri queſitam ex facto meo, ſibi auferre non poſſum ſine voluntate ſua,niſi meo nomine & ad meam vtilitatem quæſita ſit.hoc dicit.

LXIII. IDEM *libro ſingulari de Eurematicis.*

Stipulatio de dote reddenda ab extraneo [l] interpoſita , facto diuortio ſtatim cōmittitur : [m] nec redintegrato matrimonio actio ſtipulatori quæſita intercidit. [n] Denuo igitur conſentiente ſtipulatore dos conſtituenda [o] D eſt,ne ſequenti matrimonio mulier indotata ſit : ſi modò ea dos non ab ipſa profecta ſit, quam alius permiſſu eius ſtipulatus eſt. tunc enim [p] conſenſus [q] eius nō eſt neceſſarius.

LXIIII. IAVOLENVS *libro quarto ex Caſſio.*

Poſt diuortium mulier, †ſi de dote [r] maritus nihil cauit, & cùm alij nupſiſſet, poſtea ad priorem virū rediit: tacitè dos ei redintegratur.

LXV. POMPONIVS *libro quinto ad Quintum Mucium.*

Si legato aut hereditate aliquid ſeruo dotali obuenit:

g *Dedit.*cùm erat maior.ſecundùm Ioan.

h *Reſtituatur.* ſcilicet cōtra permutationem. ſed nōne ipſo iure nulla fuit permutatio , cū non fuerit ęs alienum: nec de decreto hîc aliquid dicitur : vt. C. de præd.mi. l. ob æs.&. l. prædia. &. l. ſi prædiū? Reſpon. in quarta hereditatis nō erant prædia . Sed hodie ſecus: quia etiam alia nō poſſunt alienari : vt. C. de admi.tut. l. lex quæ. in fin. Item quomodo in dotem dedit fundum etiam cum decreto,eadem ratione:quia non eſt æs alienum? Reſpō. dedit quando erat maior:ne cōtradicant dictæ leges:& ſic non refertur ad proximè dicta,ſcilicet cū eſſet minor, ſecundùm Io. Vel dic ſecundùm Azo. ad proximè dicta referri: vt.j. de leg.iij.l. ſi plures.in fin.& erit ſpeciale in dote & donatione propter nuptias , vt etiam ſi non ſit , propter ęs alienū fieri poſſit,cum decreto tamē: vt.C.de admi.tut.l. lex quæ circa princ.&.C.ſi minor fac. ma. l. fin. §. finali.

* marito ſcilicet . nam gl . quæ ait. fratribus mulieris, eſt adulterina , nec reperitur in gl. manuſcr.

i *Reddat fundum.*volūtate mariti . aliàs enim cùm nec poſſideat,nec dominium habeat, reſtituere non poteſt:ſed tenetur ipſe maritus in ſubſidium : vt ſupra de mino.l.in cauſæ.j.§. finali.

k *Condemnandi.*fratribus mulieris.Accur.

l *Stipulatio. Ab extraneo .* q. dotē dedit.

†Vulg. mulieri.

m *Committitur.* propter ſolutionem matrimonij.

n *Intercidit.*vt.j̄.ſoluto matrimonio.l. inſulā.&.ſ.loca. l. itē quæritur.§.penult.& ſupra de pactis.l.fin.

o *Conſtituenda .* vt infra de pac.do.l.cum maritus.§.Titius.& hoc ſi vult.nam non cogitur:vt no.ſupra eodem.l.dotem.

p *Tunc enim.*ſi ab ipſa profecta ſit.Accurſius.

q *Conſenſus.*ſcilicet ſtipulantis nomine mulieris.Accurſius.

r *Poſt diuortium mulier ſi de dote.*ſi, id eſt quamuis. & ſubaudi, maximè.& ſic idem dices & ſi cauerit.vel dic,quando alij non nupſit mulier:vtrobique, id eſt ſiue ei cauerit maritus, ſiue non:redintegrato matrimonio dotem redintegrari dices.Si verò alij nupſit,tunc redintegrari dices,cùm maritus ei non cauit : vt ſupra eo.diuus Seuerus.&.j̄.ſolu.ma.l.ſi mulier.&.l. pe. §. vxor. Io.& alij vt Ot.indiſtinctè dicunt ſecus ſi cauiſſet.tunc enim ſoluiſſe videtur:vt.C.ad.l.Fal.l.fin.Accurſius.

a **S** *i legato. Noluit.* idē dico & ſi ſimpliciter reliquit: vt infra de fun.do.l.fundus.&.ỹ.de adquiren.here.l.aditio. Si verò intuitu mariti, apud maritum reſidebit: vt.ſ.de pec.l.hinc quæritur.§.poteſt.& hoc poſt nuptias.antè verò ſine diſtinctione quęritur mulieri: vt tantùm quæſitum ſit in cauſa dotis: vt.ſ.eod.l. ſi ſeruo. & adde quod not.ỹ.ſolu.ma.l.ſeruus dotalis. Accurſius.

**S** *I vſuſfructus.* ] CASVS. Quidā extraneus dedit mihi vſumfruc. fundi ſui in dotē, & non fuit ſibi ſtipulatus. hęc Berta mihi nupſit, & tandem diuertit: vnde repetit dotē. quæritur, qualiter ei reddā. ſi enim ei cedam vſumfructū, nō valet: ſed redit ad dominum proprietatis ex natura vſuſfr. cōſulit ergo hęc lex vt vir locet vſumfruct. vel vēdat mulieri, vt ſic vir videatur rē habere, qui eſt vſufructuarius: & nō alij cedere. ſed quia mulier debet gratis rē habere: fit dicta locatio vel vēditio vno nummo. Vi.

b *Non habebat.* ſcilicet nec etiam vſumfructū proprietatis.

c *Ad eum.* imò videtur quòd ſic: vt.ſ. de vſufru.l.arboribus.§. vſufructuari⁹. Sol. aliud eſt cedere: vt hîc. aliud concedere vel donare, vt ibi, ſcilicet pceptionem fructuum. Cur ergo fructuarius iſte non donat? Reſpō. quia tenetur reddere. Nam in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit: vt infra de adi.le.l. rem legatā. & infra de reg.iur.l.donari. fit ergo remedij loco vnius nummi tantum locatio, quæ aliàs nulla eſſet, maximè pro re digna magna mercede: vt infra de adquir. poſſeſſ.l.ſi quis autem.§.fin.& ſupra loc.l. ſi quis conduxerit. quæ ſunt contra. ſic ergo ſpeciale eſt hîc. vel dic vt ibi. Accurſius.

Liberalis in neceſſitate nemo exiſtit.

d *Vſumfructum.* Sed contra inſtitu.de vſufruc.§.item finitur. vbi dicit quòd nihil agitur. Solu. nihil agitur quoad perſonam extranei: agitur tamen aliquid: quia admiſſus ad dominum redit ſecundum Io. Item contra ſupra de vſufruct. arboribus.§.vſufructuarius. Sol. vt ibi.

e *Vel locet.* Sed cur maritus iſte non dat in ſolutum perceptionē fructuum, non ius ipſum: quod nec poteſt: ſicut aliàs aliud pro alio datur: vt infra ſol.mat.l.vſufructu.in princ.nam ibi formalis datur, & cauſalis reſtituitur, vel econtra? Reſpon. illa ſecundum iſtam intelligitur, vt ſi patiatur vti, ſit locatio vſuſfructus vel venditio: vt hîc dicit. vel vt ibi not.

f *Maritus.* per locationem: vt ſupra de vſufructu. l. arboribus.§. vſufructuarius.

**P** *Roculus.* ] CASVS. Quatuor dicit. Ecce Berta ancilla nupſit de facto, & pecuniam domini.c.in dotē dedit. quæritur an hæc pecunia fiat in dominio viri? Et dicit quòd nō, niſi teneat vir per triennium non conſumendo, quia tunc vſucapiat. Secundò ſi hæc mulier manumittatur, & ſtetit cum eodem viro: an tunc ſaltem fiat viri? Et dicit ꝙ non: ſed dominus pecuniæ eam vindicat ſi extat: aut condicit ſi eſt cōſumpta. Tertiò redit ad primū, ſi vir vſucepit antè terminum, an teneatur ad tantūdem domino pecunię quondam? Et dicit ꝙ non. nam lucrifecit vſucapiendo. Quartò dicit idē eſſe ſi alio modo deſinat eam habere iure ſine dolo, ſcilicet antè matrimonium: hoc eſt antequam ſit illa libera. Viuia.

g *Vſucapta.* quo caſu lucrifecit: vt.ỹ.e.l.§. quòd ſi vir. & hoc ſi ab ignorante muliere ſe eſſe ancillā, viro detur: vt.C. quod cum eo.l.ſi liberā. Sed quo titulo? Reſpō.vt.ỹ.pro dote.l.j.in fin. Item contra infra ſol.ma.l.ſi alienam. Sol. pecunia iſta non fuit in dotem: quia antequam fuiſſet matrimonium, maritus iſte conditione tenebatur eam domino ancillæ reſtituere. at ibi in dotem fuit ab initio. ideo iuſtè mulieri redditur. Ioan.

quod teſtator noluit[a] ad maritū pertinere: id ſoluto matrimonio reddendum eſt mulieri.

LXVI. IDEM *libro octauo ad Quintum Mucium.*

**S** I vſuſfructus fundi, cuius proprietatem mulier non habebat,[b] dotis nomine mihi à domino proprietatis detur, difficultas erit poſt diuortium circa reddendum ius mulieri: quoniam diximus vſumfructum à fructuario cedi non poſſe, niſi domino proprietatis: & ſi extraneo cedatur, id eſt ei qui proprietatem non habeat, nihil ad eum[c] tranſire, ſed ad dominum proprietatis reuerſurum vſumfructum.[d] Quidam ergo remedij loco rectè putauerunt introducendū, vt vel locet[e] hunc vſumfructum mulieri maritus,[f] vel vendat nummo vno: vt ipſum quidem ius remaneat penes maritum, perceptio verò fructuum ad mulierem pertineat.

LXVII. PROCVLVS *libro ſeptimo Epiſtularum.*

**P** Roculus nepoti ſuo ſalutem. Ancilla quæ nupſit, dotiſque nomine pecuniam viro tradidit: ſiue ſciat ſe ancillā eſſe, ſiue ignoret, non poterit eam pecuniam viri facere: eáque nihilo minus māſit eius, cuius fuerat antequam eo nomine viro traderetur: niſi fortè vſucapta[g] eſt: nec poſtea quàm apud eundem virum libera facta eſt, eius pecuniæ cauſam mutare[h] potuit. itaque nec facto quidem diuortio: aut dotis iure, aut per condictionem repetere rectè poteſt:[i] ſed is cuius pecunia eſt, rectè vindicat[k] eam. Quòd ſi vir eam pecuniam pro ſuo poſſidendo vſucepit, ſcilicet quia exiſtimauit mulierem liberam eſſe, propius eſt vt exiſtimem eum lucrifeciſſe:[l] vtique ſi antequam matrimonium eſſe inciperet, vſucepit. Et in eadem opinione[m] ſum, ſi quid ex ea pecunia parauit antequam ea dos fieret: ita vt nec poſſideat eam,[n] nec dolo fecerit quò minus eam poſſideret.[o]

Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur pro prima vice. Barto.

LXVIII. PAPINIANVS *libro decimo Quæſtionum.*

**D** Otis promiſſio[p] non ideo minus valebit, quòd ignorante initio patre nuptiæ[q] non fuerint, ſi poſtea conſenſerit: cum omnis dotis promiſsio, futuri matrimonij tacitā cōditionem accipiat.[r] Nā & ſi minor annis duodecim vt maior deducta ſit: tunc primū petetur, cū maior annis apud eundē eſſe cœperit. Quod enim[s] vulgatū[t] eſt, dotis promiſſionem in primis dūtaxat nuptiis

h *Muta re.* ſcilicet mulier. ſed maritus poſſet per vſucapionem: ſed tunc teneretur eam reſtituere mulieri ſoluto matrimonio: quia dos fuit: ac ſi vſucepiſſet antè matrimonium, id eſt antequā eſſet libera lucrifaceret: vt hîc dicitur: nec reſtitueret: quia nec dos fuit.

i *Rectè poteſt.* ſcilicet mulier.

k *Vindicat.* ſed cur nō reſtituitur huic ancillæ pecunia, quamuis matrimoniū non ſit: ſicut minori.xij.an. vt.ỹ.e.l. ſi ſponſa? Reſpō. minori reſtituitur: quia eius data eſt pecunia: item quia ætate permittente nubere poteſt. in ancilla ſecus eſt.

l *Feciſſe.* ſed cur ei reddere non debet. cum ab ea habuit cauſam: ſicut & aliàs contingit: vt.ſ. de condic.inde.l. indebiti.§.ſed & ſi.& infra de do. cau. mor. l. ſi alienā. quæ ſunt contra? Reſpon. quia antè adquiſitionē dominij per vſucapionem ſibi condictio adquiri non potuit, quia erat ancilla: ſed ibi potuit.

m *Opinione.* i. vt mulieri non teneatur. Acc.

n *Eam.* ſ. pecuniam.

o *Poſſideret.* ſecus ſi rē meam redegit in pecuniam: in quo caſu conuenitur de pretio iudicio neg.geſt. in defectum. ſed quare non hîc? Reſpon. idem eſt forſan de æquitate. vel quod melius eſt, ideo dictum exiſtimo in pecunia, quia aſſidua permutatione conſumitur: & ideo data eſt, vt erogetur. vel melius: quia iſte qualiſqualis maritus non habet lucratiuam cauſam. & ideo non approbo opi. Ioan. qui ſcribit hîc agi nego. geſt. in ſubſidium, in tali notula, in eadem opi. &c. ſcilicet vt domino non teneatur, licèt lucrifecerit, ſcilicet pretiū, & hoc re extante, & nondum vſucapta: alioquin ratum habendo dominus aget neg. geſt. Ioan.

**D** *Otis.* ] CASVS. Tria dicit. Primò filiafa. nupſit ignorante patre: & aliquis extraneus promiſit dotē: deinde pater ſciuit: & ratum habuit matrimoniū quæritur, an cōfirmetur promiſſio dotis. & dicit ꝙ pendebit vſque dum matrimonium valeret: & tunc erit dos. Secundò dicit idem in minore.xij.an. pro qua dos promiſſa eſt. nam tenebit promiſſio quādo erit matrimo. & tunc erit dos: & interim pendet. Tertiò, obiicitur prædictis duobus ex quadam regula, qua dicitur: quomodocunque dos promittatur: intelligatur valere pro primo matrimonio, non pro alio. ſed certè hîc nō fuit aliud in medio, neque etiam erat aliquid in primo caſu, ſine conſenſu patris: neque in ſecūdo caſu cum pupilla. ſed ſi primum matrimonium aliquid eſſet, dos ab extraneo promiſſa non tenet in ſecundo, ſed tantum in primo. Viuianus.

p *Dotis promiſſio.* facta etiam antequam de facto contrahat. Acc.

q *Nuptiæ.* ſcilicet de facto. Accurſius.

r *Accipiat.* traditio rerum inæſtimatarum non fit, ſed reſoluitur ſub conditione: vt ſupra eo.l.ſed niſi. aliud forſan eſt in rebus æſtimatis: vt ſupra eod.l. plerumque.§.ſi antè.& infra de vſucap. pro dote.l.ſi æſtimata res. Accurſius.

Rerum inæſtimatarū traditio non fit.

s *Quod enim.* bene dico, ſi conſenſerit. quod enim &c.

t *Vulgatum.* vt infra de verb. ſignifi.l. boues.§. hoc ſermone. & infra

infra qui & à qui.l. matrimonij. & infra de pac.dot.l. inter ſocerum.§.fina.& infra de lega.iij.l.fideicommiſſa.§. ſic. & ſupra pro ſoc.l.ſi ſocius pro filia. §. quòd ſi ſalua. Sed argu. contra infra de condit.& demonſt.l.hæc conditio.in fi.j.reſpon. & infra rem.ra. habe.l.quo enim.§.j.

destinari: *neque durare obligationem, ſi poſt alterius matrimonium ei nubat, cui dotem promiſerat: tunc locum habet, cùm interceſſerunt aliæ nuptiæ. [a]

* Flo. deſtinare.

LXIX. IDEM *lib. quarto Reſponſorum.*

CVm poſt diuortium [b] viro ſciente mulier in poſſeſſionem prædiorum quæ in dotem promiſit, [c] longo [d] tempore fuerit: conueniſſe tacitè [e] videtur, ne dos quæ promiſſa fuerat, petatur: & ſi petere ea † cœperit, pacti exceptione à muliere repellitur. Mulier pecuniam ſibi debitam à Seio cum vſuris futuri temporis in dote promittẽda demonſtrauit: eas quoque dotis portionem eſſe, quarum dies poſt nuptias ceſſit, [f] rationis eſt.

† eam.

Vſuras [g] dotis in ſtipulatum cum dote poſt diuortium deductas, ex die ſecundi matrimonij [h] non eſſe præſtandas placuit: quia nec ſortis exactio locum habere cœpit. [i] medij autem temporis debebuntur.

Vir qui non ſuſtinuit onera matrimonij, pro illo tempore non poteſt petere vſuras. hoc dicit.

In domum abſentis vxore deducta, nullis in eam interea ex bonis viri ſumptibus factis: ad exhibitionem vxoris promiſſas vſuras [k] reuerſus vir improbè petit. [l]

Gener à ſocero dotem arbitratu ſoceri certo die dari, non demonſtrata re vel quantitate, ſtipulatus fuerat. arbitrio quoque detracto, ſtipulationem valere placuit: [m] nec videri ſimile, quòd fundo non demonſtrato nullum eſſe legatum [n] vel ſtipulationem fundi conſtaret: [o] cùm inter modum cõſtituendæ dotis, & corpus ignotum, [p] differentia magna ſit. Dotis etenim [q] quantitatis pro modo facultatum patris, & dignitate [r] mariti conſtitui poteſt.

Nuptiis ex volũtate patris puellæ cum filio tutoris iure contractis: dos pro modo facultatum, & dignitate nataliũ rectè per tutorem [ſ] conſtitui poteſt. Patrona [t] dotem pro liberta iure promiſſam, [u] quòd extiterit ingrata, non retinebit. [x] Cùm res in dotem æſtimatas ſoluto matrimonio reddi placuit: ſumma declaratur, non venditio contrahitur. ideóque rebus euictis, ſi mulier bona fide eas dederit: nulla [y] eſt actio viro. [z] alioquin de dolo [a] tenetur. In dotem rebus æſtimatis & traditis, quamuis eas mulier in vſu habeat, viri dominium [b] factum videtur. * Partum dotalium ancillarum, dotis [c] eſſe

* Flo. videretur.

a *Nuptiæ*. cum alio factæ: ſed nec hæ dicẽtur aliȩ, ſed eædem, cùm & retro dicantur validæ, ſecuta tamen ratihabitione. Accur.

CVm poſt.] CASVM in princi. huius.l. vide infra in gloſ.j.[IN DOMVM.] Vir cùm ad præſens non ſolueretur dos, ſtipulatus eſt à patre mulieris vſuras dotis, vt exinde alat eam. tandem ipſa venit ad domum viri, & de ſuo ſe ſuſtentauit. dicitur quòd vir non poteſt petere vſuras. [PATRONA.] Patrona pro liberta quæ nupſit, dedit.c. in dotem. ex hoc liberta extitit ingrata. non ideo patrona reuocat dotem: niſi eam in ſeruitutem reuocet. [PARTVM.] Ancillas mulier in dotem dedit. partus earum augent dotẽ: & ſunt dos. ideóque ſi vxor dicat viro quòd ſint communes, non valet: quia ſic eſſet donatio, quæ non valet inter virum & vxorem conſtante matrimonio. Viuianus.

Caſum ponit.

b *Cùm poſt diuortium*. Diuertit vxor à marito culpa ſua: cui centum in dotem promiſerat, & fundum tradiderat. meruerat autem dotem amittere: quia culpa ſua diuerterat; ſed tamen quia maritus videtur ſua taciturnitate renuntiaſſe retentioni dotis, ideo nõ petit fundum, nec pecuniam promiſſam. vel dic, in tradendis tantùm: & non traditis.

c *Promiſit*.& tradidit.& ideo videbatur quòd maritus poſſet intendere rei vindi. ſed contrarium eſt.

d *Longo*. viro ſciente & paciſcente. Accurſius.

e *Tacitè*. vt ſupra de probatio.l.Procula.

f *Ceßit*. ſi vir eam non exhibuerit: ſed ipſa ſe & familiam ſuam exhibeat: quare vſuræ veniunt. aliàs ſecus: vt infra eo.l. ſi mulier.

g *Vſuras*. aliter ſi debitori nupſiſſet: vt infra eodem.l. ſi mulier. Accurſius.

Caſum ponit.

h *Matrimonij*. Vxor mea à me diuertit. promiſi ei dotem, cùm inſtaret repetendo eam, congruo tempore me ſoluturum poſt quinquẽnium cum vſuris ſemiſſibus. reconciliata eſt poſtea mecũ in matrimonio in ſecundo anno poſt ſtipulationem: fuítque in matrimonio. expleto quadriennio ſecundò diuertit, & petit vſuras à tempore interpoſitæ ſtipulationis: quod nõ poteſt: quia ſors & vſura cœpit non deberi contracto matrimonio: ideóque petit vſuras à die ſtipulationis vſque ad ſecũdum matrimonium currentes.

i *Cœpit*. id eſt cœpit non habere.

k *Vſuras*. pecuniæ promiſſæ in dotem, & non ſolutæ ab vxore.

l *Petit*. vt ſupra manda. l. antepenult.& infra ſoluto matrimonio.l.in inſulam.§.vſuras.& infra de doli except.l.fina. in principio. Accurſius.

m *Placuit*. imò videtur quòd non: vt.C.de do.promiſſ.l.j. Solu. hoc in patre dotante filiam, cuius eſt officiũ dotare eam: aliud in alio. vel ibi nulla conuẽtio vel promiſſio interceſſerat: licèt eſſet ſcriptum promiſſam fuiſſe dotem, cùm probaretur in contrariũ. vel ibi promiſſio interuenit nuda, ſcilicet dotis dandæ. ſed tamen quantitas vel ſpecies non erat declarata: ideóque nõ datur actio. Nec enim ſpecialia duo cõcurrere poſſunt: & quòd ex nudo pacto detur actio, & ad incertam dotem: hîc autem vnum ſpeciale tantùm fuit, ſcilicet dotis incertæ, cùm ſtipulatio interceſſit.

Specialia duo concurrere nõ poſſunt.

n *Legatum*. Argumen. contra infra de adimen. lega.l. ſi cui. Accurſius.

o *Conſtaret*. cùm ille qui legat, vel promittit, nullũ fundum habebat: ſed habere credebat. imò idem & ſi haberet. Secus eſt in domo: vt infra de leg. j. l. ſi domus. quæ eſt contra. Et ideo aliud eſt in fundo: quia ſola deſtinatione patriſfamiliâs conſtituitur: vt infra de lega.j.quod in rerum. §. quod ſi poſt. cuius ſtipulatio facta in genere vel legatum, ideo non valet, quia heres adeo minimum fundũ dando ſe liberare poſſet, vt in eo nec etiam palmam nec etiam digitum propter breuitatem ipſius fundi extendere poſſet. domus autem legatum non ita facile conſtitui poteſt deriſorium: cùm domus pariete demum interiecto diuidatur in duas: vt ſupra comm. prædi. l. ſi quis duas.§. ſi quis partem. ſecundùm Ioan. Vel hîc cùm agebatur vt certus fundus demõſtraretur: vt infra de verborum obliga.l.ita ſtipulatus.& l. triticum. licèt legatum valeat, ſi de certa re ſenſerit teſtator, & non expreſſit: vt infra de lega.j. legato. §.j. Item contra ad id quod hîc de legato dicitur infra de adimen.lega.l.ſi cui. Sed ibi ſpeciale fauore alimẽtorum. Item ad idem cõtra infra de lega.iij.Stichus. Sed & ibi debet doceri artificium ſimiliter fauore alimentorum, vt ex eo ſe debeat alere: vt ibi dicit.

p *Ignotum*. legatum, vel promiſſum. Sed quid ſi dixit, dabo fundum in dotem? Reſpõdeo, videtur valere etiam magis quàm hîc: & dabitur fundus conueniens.

q *Etenim*. à ſimili, ergo à patre. Accurſius.

r *Et dignitate*. vt ſupra eod.l.quæro. Accurſius.

ſ *Per tutorem*. vel curatorem, vel procuratorem, cùm heres tantùm gener erat ſpe & deſtinatione. Sed qualiter hîc tutor poteſt in re ſua auctor fieri: vt inſtitu.de aucto.tut.§.vltimo. & infra ad Trebell.l.j.§.fuit quæſitum, ipſe enim tenetur ad dotem reddendam, vel de peculio, vel de in rem verſo, vel quod iuſſu? Reſponderi poteſt, quòd principaliter res illa ſpectat ad filium: vt argu. infra de auct.tu.l.j. ſed & in re ſua, cùm notum ſit pupillum non damnificari, auctor erit: vt ſupra de contrahen.empt.l. fiſtulas.§. fundum. Accurſius.

t *Patrona*. patrona promiſit dotem pro liberta ſua. Accur.

u *Promiſſam*. marito futuro.

x *Retinebit*. hoc planè legitur ita, ſcilicet niſi eam in ſeruitutem reuocauerit. poteſt enim, cùm amodo matrimonium ſequi non poſſit: nec dos petetur. quid ſi poſt contractum matrimonium extitit ingrata, & eſt reuocata in ſeruitutem? Reſpon. vt.C.eo.l. ſi dotem.

y *Nulla*. ſi non præceſſit promiſſio vel pollicitatio: hodie tamen ex ſtipulatu agitur: vt.C.de rei vxo.act.l.j.in princ. vel dic vt ibi.

z *Viro*. Sed quid ſi pereant? dic vt no.C.ſolu.ma.l.j

a *De dolo*. id eſt in factum, nomine doli: vt.C.e.l.j.

b *Dominium*.& periculum: vt infra ſolu.ma.l.æſtimatæ.

c *Dotis*. nec videtur dos reſtitui, niſi & partus ſit reſtitutus: vt infra ſoluto ma.l.ſi marito.§.fina.& ſupra eod.l. plerunque.§. ſi ſerui. Accurſius.





UNED

portionem conuenit: ideóque fru ſtra paciſci virum vt inter vxorem & ſe partus communis ſit. [a]

LXX. PAVLVS *libro ſexto Quæſtionum.*

IN ambiguis, pro dotibus reſpõdere melius eſt. [b]

LXXI. IDEM *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

CVm dotem mulieris nomine extraneus promiſit, mulieris periculum [c] eſt. ſed ſi maritus nomẽ ſecutus, vſuras exegerit: periculum eius futurũ reſpondetur. [d]

LXXII. IDEM *libro octauo Reſponſorum.*

MVlier bona ſua [e] omnia in dotem dedit. Quæro, an maritus quaſi heres oneribus reſpondere cogatur. Paulus reſpondit, eum quidem qui tota ex promiſſione dotis bona mulieris retinuit, à creditoribus eius conueniri non poſſe: [f] ſed non plus eſſe in promiſſione bonorum, quàm quod supereſt deducto ære alieno. [g] Paulus reſpondit, † in rebus [h] dotalibus, etiam patrem [i] mariti dolum & culpam præſtare debere. Paulus reſpõdit, * ſi mulier [k] de ſuo dotem dedit, & adhibuit matrẽ quæ ſtipularetur: [l] potuiſſe eam poſtea inſtrumentum [m] dotale mutare.

LXXIII. IDEM *libro ſecundo Sententiarum.* †

MVtus, ſurdus, cęcus, dotis [n] nomine obligantur: quia & nuptias [o] contrahere poſſunt. Manente matrimonio, non perituræ vxori ob has cauſas [p] dos reddi [q] poteſt, vt ſeſe ſuóſque alat: vt fundum idoneum emat: [r] vt in exilium, vel in inſulam relegato patrenti præſtet alimonia, * aut vt egentem virum, fratrem, ſororémve ſuſtineat. [ſ]

LXXIIII. HERMOGENIANVS *libro quinto Iuris Epitomarum.*

SI ſponſa dotem dederit, nec nupſerit: vel minor duodecim annis, vt vxor [t] habeatur: exemplo dotis, condictioni, [u] fauoris ratione, priuilegium quod inter perſonales [x] actiones vertitur, tribui placuit.

B Dos dicitur in bonis viri quoad dominium rerum dotalium: ſed quoad ius & ſuſtentationem vxoris, dicitur eſſe ipſius vxoris. Baldus.

LXXV. TRYPHONINVS *libro ſexto Diſputationum.*

QVãuis in bonis † mariti dos ſit, [y] mulieris tamen eſt. Et meritò placuit, vt ſi in dotem fundum inæſtimatum dedit, cuius nomine duplæ ſtipulatione cautum habuit, [z] íſque [a] marito euictus [b] ſit: ſtatim eã ex ſtipulatione agere poſſe. [c] C Porrò cuius intereſt non eſſe euictũ quod in dote fuit, quódque ipſa euictionem pati creditur ob id quòd eum in dotem habere deſiit: huius etiam conſtante matrimonio, quamuis apud maritum dominiũ ſit, emolumenti poteſtatem eſſe creditur: cuius [d] etiam matrimonij onera maritus ſuſtinet.

LXXVI. IDEM *libro nono Diſputationum.*

SI pater mulieri mortis ſuæ [e] cauſa dotem promiſerit, valet promiſſio. D Nã & ſi in tempus quo ipſe moreretur, promiſiſſet, [f] obligaretur. Sed ſi conualuerit, cur ei non remittatur obligatio per condictionem: [g] atque [h] ſi ſtipulanti quiuis alius promiſiſſet, [i] aut dotem [k] alicuius [l] nomine? Nam vt corporis vel pecuniæ tranſlatæ, [m] ita obligationis conſtitutę mortis cauſa condictio eſt. Non idem dicẽdum eſt in perſona mulieris, ſi mulier mortis ſuæ cauſa dotem promiſerit: quia niſi

---

a *Communis ſit.* hoc ideo, quia donatio inter virum & vxorem nulla eſt. Accurſius.

*IN ambiguis.*] CASVS. Stipulatus fui dotem arbitrio ſerui mei. valet ſtipulatio in dubio, & reducitur ad arbitrium boni viri potius, quàm non valeat.

b *Melius eſt.* vt. C. de do. promiſ. l. fi. & l. cũ pater. & l. ij. & eſt ambiguum pactum in dote conſtituenda: vt pro ea reſpondet ſupra eo. cũ poſt. §. gener. ſic eſt & in dote repetẽda: vt cùm inutilis interceſſit ſtipulatio: vt. C. de rei vxo. act. in princ. Item quia præfertur aliis creditorib⁹. & facit ſupra eod. ſi ego. §. ſi res. & l. dotem quæ. & infra de regulis iuris. l. in ambiguis.

c *CVm dotem periculũ eſt.* niſi vir in exigẽdo moram fecit: vt. ſ. eo. ſi extraneus. & dic vt ibi. Accurſius.

d *Reſpondetur.* ſi deſinit debitor eſſe ſoluendo. & facit. ſ. e. ſi extrane⁹. Accurſius.

e *MVlier bona ſua.* quod nulla lege prohibetur: vt. C. e. l. nulla. & hoc ſemper facere videtur, quando viro cõuenit in manũ: vt in topicis Ciceronis. ſed lex non dicit.

f *Nõ poſſe.* vt. C. de dona. l. cùm res. ſed cõtra. C. ad. l. Iul. de vi publi. l. ij. ſed ibi ideo tenetur fiſcus, quia videt quaſi ſucceſſor, cùm delinquẽs amittat: hîc autẽ mulier nõ amittit. Acc.

† in vulgata edit. eſt. l. 73. in rebus.

* In vulg. edit. eſt lex. 74. ſi mulier.

g *Alieno.* quia bona intelliguntur, quæ ſuperſunt deducto ære alieno: vt infra de coll. bo. l. ij. §. illud. & C. de bo. quę libe. l. fin. §. vbi autem. Accurſius.

Bona intelliguntur deducto ære alieno.

† titulo 22.

h *In rebus.* aliàs. §. Paulus. & aliàs lex, In reb⁹. Accurſius.

i *Patrem.* non ſolum maritum. Io. ſed & patrem dotem accipientem. alioquin de dolo ſolo tenetur: vt ſupra de pec. l. in bonæ fidei & ſupra eod. quemadmodum. §. j. Accur.

* Sic & Varro alimoniũ neutro genere vſurpat.

k *Si mulier.* aliàs. §. Paulus. & aliàs lex, Si mulier. Accurſius.

l *Stipularetur.* eius mandato, vt mandati teneatur: vt ſupra manda. l. idẽmque in fundo. §. ſi cui. vel nego. geſt. ſi ſine mandato: vt ſupra de nego. geſt. l. pe. & facit infra titu. j. l. cùm maritus. §. fin.

m *Inſtrumentum.* vt ſic ſtipuletur ſibi dotem reddi: & ſic vt non matri, ſed ſibi reddatur. Accurſius.

n *MVtus. Dotis.* ſi dotem acceperint. Accurſius.

o *Nuptias.* vt infra de vulg. & pup. ſubſti. l. ex facto.

p *Cauſas.* alioquin donare videtur: vt. C. ſi dos conſtan. matri. l. ſi dos. Ioan.

q *Reddi.* ſed vir inuitus nõ cogitur: niſi cùm ad inopiam vergit: vt infra ſolu. ma. l. ſi conſtante. Io. & in alio caſu: vt & ſupra. eo. l. quemadmodum. & infra eo. l. ſi.

r *Emat.* qui in dotem ſit: vt ſupra eo. l. ita conſtante.

ſ *Suſtineat.* vt habes hîc, &. j. ſolu. matrimo. l. quamuis. & l. ſed

A ideo, & ſupra de religio. l. ſic pro rata. §. maritus. & infra de dona. inter vi. & vxo. l. ſi quis pro vxore. §. ſi vxor. Accurſius.

t *SI ſponſa. Vxor.* tanquam maior.

u *Cõdictioni.* ob cauſam, vel ſine cauſa, quæ generalior eſt.

x *Quod inter perſonales.* quod priuilegiũ habet mulier etiam hodie in hypothecis: vt. C. q po. in pign. ha. l. ſi. nam reipublicę intereſt &c. vt infra ſol. mat. l. j. eadẽ ratio eſt in hac maiore ſponſa, vel minore: vt infra de priui. cre. l. j. §. fina. & l. intereſt. quare idem debet eſſe ius. vt etiam idem habeat priuilegium inter hypothecarias, ſecundum Io. cõtrarium tamen ſumi poteſt argu. ex illa. l. aſſiduis. ibi, quis enim, &c. Accur.

y *QVamuis in bonis mariti dos ſit.* omnimodo: vt inſtitu. de re. diui. §. per traditionẽ. & infra ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. vnde poteſt ſeruũ dotalẽ manumittere: vt infra de manu. ſeruũ dotalem. quod nõ poſſet ſi eſſet alterius: vt C. de his qui à nõ do. l. ſi nõ proprietatem. Itẽ iubere adire hereditatem: vt infra ſol. mat. l. ſeruus dotalis. & hîc ſecundum Io. licèt quoad quædam mulier domina videatur: vt infra ſolu. mat. diuortio. §. ſi fundus. & l. ſi conſtante. §. ſi maritus. & l. in his rebus. Itẽ ideo, quia in his reb⁹ aliter: vt. C. eod. l. in rebus. ſicut filius paternarum: vt infra de libe. & poſthu. l. in ſuis. & C. qui pot. in pig. ha. l. aſſiduis.

† in iure autem vxoris, vnde & poſt diuortium velut res vxoria peti poteſt Boet. ad Topic. Cicer & cõuenienter in l In reb⁹. C. eod.

z *Cautum habuit.* ſcilicet mulier.

a *Iſq;.* ſcilicet fundus.

b *Euictus.* per hypothecariam. Io.

c *Poſſe.* vt. ſ. de euic. l. ſi pro re pupilli. §. ſi pro euictione. Accurſius.

d *Cuius.* non ſolũ habet dominiũ dotis maritus: ſed etiam habet onera matrimonij.

*SI pater.*] CASVS. Pater mulieris donauit. c. viro cauſa mor- E tis, vt ea eſſent dos. quæritur an valeat. Et dicit quòd ſic: ſicut ſi promiſiſſet pater poſt mortem ſuam. Secundò dicit, quòd ſicut aliàs donatio cauſa mortis reuocatur, ſi conualeat donator, ſic hîc. Tertiò, ꝙ ipſa mulier non conſtituit dotem per donationem cauſa mortis: quia ſic eadem mortua dos daretur, & ſic ſolu. matrimo. eſſet dos, & non ſeruiret oneribus matrimonij. Viuianus.

e *Mortis ſuæ.* ſcilicet patris.

f *Promiſiſſet.* ſcilicet non cauſa mortis.

g *Per condictionẽ.* certè imò remittitur: vt infra de dona. cau. mor. l. ſenatus. §. donatio. in fin.

h *Atque.* id eſt ſicut.

i *Promiſiſſet.* aliquid non cauſa dotis, ſed cauſa mortis tantùm.

k *Dotem.* cauſa mortis filius, vel alius.

l *Alicuius.* non filiæ.

m *Tranſlata.* eſt condictio. Accurſius.

*Seruiat.*

a *Seruiat*.id eſt ſeruire poſſit.Ioan.vt.j.de ſtatulibe.Labeo.
b *Nulla eſt*. vt.ſ.eod. l. Iulianus.vel dic vt ibi.& eſt hîc argu.ſ. de vſufruct.l.Titio.&.j.de vſufruct.lega.l.v.§.fi.Accur.
c *SI mulier.Dotales*.imò contra:vt.ſ.eo.cùm poſt.§. mulier.Solu. ibi ipſa ſe alebat:vel ibi alij non debitori nupſit.
d *Datum*.iuris fictione duo actus interuenire creduntur:vt.j.de dona.inter vir. & vxo. l.iij.in fin.
e *CVm in fundo*. *Vſumfructum*. quãtum ad formam: vt.ſ. de ſerui. vrba. prædio. l. in re. habet tamen quantum ad cauſam.
f *Quaſi*. veritatis expreſſiuum.
g *Dominus*. ſcilicet in vſufructu.Accur.
h *Mulieri*. vt. j. ſolut. matri.l.vſufructu.& j. de fun.do.l.ſi maritus. §.fin.Accur.
i *Mulieris*. alioquin ſi de dote aliqd lucraretur,cõferre cogeretur: vt.ſ.de relig.l.in eum.
k *Qui*.ſcilicet pater.
l *Pereat*.hoc enim neceſſe eſt, vt dicas dotẽ reſtitui etiã liberis exiſtentibus. nam periniquum eſſet vt vſque in vitam filiorum duraret vſusfructus.
m *Acciderit*.ſ.vt non vtendo ſit amiſſus.
n *Fundi*. poteſt enim eſſe ꝙ alienauit mulier fundum, & poteſt eſſe quòd non.
o *Ex quo ipſa lucrum*. Hîc not.quòd nõ poſſum alicui obiicere culpã,cùm ex culpa lucrũ ſenſerim. ſed ſi ita ſimpliciter dicatur: apertiſſimè falſum eſt. nã fallit in omni vſucapione & pſcriptione: & maximè ĩ vſucapione ꝓ donato. ſed certè hæc quę culpã obiiciebat,agebat,nõ poſſidebat. Item agendo, & culpam obiiciendo, petebat idipſum quod habebat: vnde meritò repellitur, quaſi non poſſit obiicere culpã, ex qua ipſa lucrũ ſenſit,quod & ipſa habet.
p *Emolumento*. nã ad eam mulierem redire non poteſt.
q *Vtendo*. vt ſupra.e. ſi extraneus.
r *Protinus*.ſoluto matrimonio.
ſ *Pretio*. dato muleri à proprietario.Accur.
t *Beneficio*. collato ipſi mulieri à proprietario, vt ipſa ſibi cedi faciat vſumfructum.
u *Maritus*.cõſtitutus. Azo. ſed morte ipſius mariti:vel eo nõ vtente:vt.ſ.ea.l.§.quòd ſi mulier.
x *In hac*.id eſt vbi maritus non amiſit vſumfructum.
y *In ſuperiore*.i.vbi amiſit,& apud mulierẽ fũdi dominiũ remãſit.
z *Diuidantur*.inter maritum & vxorem.Accur.

* tamen fruct.
Culpam nõ poteſt imputare, qui ex culpa lucrũ ſentit.
† Flo. habebit.
*Vulg. ipſi.

matrimonij oneribus ſeruiat, [a] dos nulla eſt. [b]

Quãdo obligatio vſuraria trãſfertur in cauſam dotis, deſinunt vſuræ currere.Bald.

LXXVII. IDEM *libro decimo Diſputationum.*

SI mulier debitori ſuo, qui ſub vſuris debebat, nuptura dotem promiſiſſet quod is ſibi deberet: poſt contractas nuptias ſecuti temporis vſuras non eſſe dotales: [c] quia illa obligatio tota tolleretur, perinde ac ſi ſolutum debitum mulieri, in dotem ab ea datum [d] eſſet.

LXXVIII. IDEM *libro vndecimo Diſputationum.*

CVm in fundo mariti habens mulier vſumfructum, dotis cauſa eum marito dedit: quamuis ab ea vſusfructus deceſſerit, maritus tamẽ nõ vſumfructum [e] habet, ſed ſuo fundo quaſi [f] dominus [g] vtitur, cõſecutus per dotem plenam fundi proprietatem, non ſeparatã ab vſufructu: nec eſt quod non vtendo maritus amittat. Diuortio autem facto conſtituet in eodem fundo vſumfructũ mulieri. [h] Quòd ſi in matrimonio deceſſerit vxor, nihil emolumenti ob dotem habere videtur maritus: quia etſi vxorẽ eam non duxiſſet, [*] fructuariæ morte finitus vſusfructus ad proprietatem rediret: ideóque nec in funus confert mulieris. [i] Planè ſi pater filiæ nomine, qui [k] in fundo generi vſumfructum habebat, † dotis conſtituendæ gratia eum dederit: & in matrimonio [ ea ] mortua fuerit: habebit ex ſua perſona vſusfructus petitionem.

Quòd ſi mulier in fundo ſuo marito vſumfructum dotis cauſa conſtituerit: tunc ex mariti perſona erit vſusfructus propriè, qui & non vtendo ipſius [*] pereat. [l] quòd ſi acciderit, [m] videamus an etiam nunc dotata ſit mulier. Et ſi quidem dominium apud mulierem eſt fundi, [n] ad quem reuerſus eſt vſusfructus: nihil iam in dote habet, quod actione dotis conſequatur ab eo, cui quòd non vtendo amiſit vſumfructum imputari non poteſt: ex quo ipſa lucrum [o] habet: ideóque indotata erit. Quòd ſi alienauerit vxor proprietatem, quæ ſine vllo mulieris emolumento [p] plenior facta eſt, adhuc dotata eſt: quia dotis actione teneri debet maritus, qui quando licuit vſufructu vti, amiſit eum non vtẽdo. [q] Nam ſi habere perſeueraſſet vſumfructum ad diuortium, commodo mulieris cederet eius reſtitutio: quia etſi non protinus [r] ad ipſam trãſiret, tamen vel ſi pretio [ſ] vel beneficio, [t] ſine incommodo mulieris ad proprietatem reuerteretur. Si autem vſumfructum maritus [u] nõ amiſerit, morte mulieris non finitur vſusfructus apud maritum. Diuortio autẽ facto, primò videamus & in hac [x] & in ſuperiore [y] ſpecie, an pro rata temporis eius anni diuidantur [z] fructus. quod probandum [a] eſt. Ipſius autem reſtitutio ita fiet, vt habenti mulieri fundum, vſusfructus cedatur, & ita cum proprietate conſolidetur.

Sed etſi non ſit fundi domina, nihilo minus cõpetit dotis actio, vt dimittat à ſe maritus vſumfructum. [b] Nam vel ex empto actione adhuc [c] vt vſumfructum præſtet, mulier tenetur: aut pretium eius cõſequi ſperat: aut cuiuis magis gratiam præſtare, quàm relinquere apud inimicum † ius ad ſe tranſlatum, licere ei ciuile [d] eſt.

Vxor viro vſumfructum dotis nomine dedit. manẽte matrimonio eidẽ fundũ vendidit. quæſitũ eſt, diuortio facto, quid dotis iudicio recuperare debeat. Dixi referre, quãti fundus veniſſet. Nam ſi nudæ proprietatis æſtimatio facta fuiſſet, mulier dotis iudicio pretium vſusfructus recuperare debet. Quid ergo eſt ſi vir antè [e] litem cõteſtatam [f] mortuus fuiſſet? heredes eius nihil præſtituros. [g] Nam & ſi quilibet alius emptor proprietatis extitiſſet, heres viri nihil mulieri pręſtaret: ſcilicet vſufructu reuerſo ad proprietatem. [h] Cæterum ſi fundus totus veniſſet quanti debet venire, non detracto vſufructu intellegi mulierem dotẽ manente matrimonio recepiſſe. [i] Si fundus communis in dotẽ datus erit, & ſocius egerit cum marito cõmuni [k] diuidũdo, adiudicatúſq; fundus ſocio fuerit: in dote erit quantitas qua ſocius marito dãnatus fuerit: aut ſi omiſſa [l] licitatiõe, extraneo addictus hic fundus fuerit, pretij [m] portio, quæ diſtracta eſt: [n] ſed ita, vt non vice corporis habeatur: nec diuortio ſecuto, præſenti

a *Probandum*. vt infra ſol.ma.l.fructus..& C. de rei vxo.ac. §. cũque ex ſtipulatu.
b *Ipſius vſumfructum*. quẽ in ſuo fundo mulier dedit in dotẽ. Acc.
c *Adhuc*.cùm mulier prius vẽdidit proprietatem nudam,& accepit pretium, vt faceret cedi vſumfructũ emptori ſoluto matrimonio.Accur.
d *Ciuile*.imò videtur inciuile: quia ſic indulgetur malitiis.& ſic eſt arg.contra. ſ. de rei vin.in fundo. & ſupra de euic. l. in creditore. Accurſius.
e *Ante litem*. & poſt diuortiũ. Quid ſi poſt litem conteſtatã & diuortium? Ar.quod idẽ: vt. ſ.ad exhibẽ.l.tigni. §.fi.ſed cõtra.ſ. de noxa.ſi alienus.
f *Conteſtatã*. ꝓ pretio vſufru.recuperando.
g *Præſtituros*.hoc ideò quia hîc vſusfru.cõſtitutus ex perſona mariti periit: vt.ſ. ead. l. §. quòd ſi mulier in ſuo fundo.Accur.
h *Proprietatem*. mortuo marito.Accur.
i *Recepiſſe*. tũc ſi locupletior facta eſſet mulier ſoluto matrimonio,remouet̃ exceptione:alioquin non:vt C. ſi dos cõſtan.matri. l.j.
k *Communi diuidundo*. ſcilicet quod fieri poteſt:vt.ſ.communi diui. l. cõmuni diuidundo. §. ſi debitor. licèt ipſe prouocare nõ poſſit:vt C.de fun.do.l. ij.
l *Omiſſa*. aliàs omiſſa: & aliàs amiſſa. & ſecũdũ has duas literas dic, ſcilicet à ſocio, ſed ab extraneo, vt ſubiicit: aliàs dicit admiſſa, id eſt deducta re ĩ licitationẽ: ſed alter ſociorum nõ poterat licitari: quia extraneus fuit admiſſus, vt dicit: qđ quandoq; fit: vt C.cõmuni di.l.ad officiũ.& ſic no.alienationem in fundo dotali admiſſã, neceſſariã: vt.j. de fun. do.l.j.& arg. C. de liti. l.fi.& C.man.l. per diuerſas.§.exceptis.
m *Pretij*. id eſt pretij rei quæ diſtracta eſt: vel pretij portio.i.pretium portionis.Io.
n *Diſtracta eſt*. erit in dotem.Io.

† obſerua, virum poſt diuortium cẽçeri vxori inimicum, quod hîc tacitè innuit, & in l. 39. j. de pœn.

a *Reſtituatur*.quod in corpore mobili & immobili deſideratur: vt C.de rei vxo.act.§.exactio.
b *Statuto tempore*.poſt annum hodie:vt prædicto.§.exactio.
c *Reſtitutionem*.ſ.rei vel partis dotalis.Ioan.
d *Portio*. quæ dotalis non eſt.Io. vt.ſ.de act. empt.l.Iulianus.§.idē Celſus.&.ſ.com.di.l. communi diuidundo. §.ſi debitor.&.ȷ.proxi.reſpon.
e *Soluere*. vt.ȷ.de do. excep.purè.§.pe.& facit.ſ.de cōdic.cau.da. l.ſi donaturus.
f *Avus. Moritur*. auus.Ioan.
g *Reuerti*.ex tacita ſtipulatione : ſed ad mulieris heredes.
h *Habuiſſet*. pater. aliud eſt, ſi nomine filij dedit: tunc em̄ tale eſt, ac ſi ipſe filius dediſſet. vnde ad ipſum reuertitur:vt.ȷ.de col.bon.l. dotem.quæ eſt contra. vel ibi de æquitate.Ac.
i *Turpitudine*.Quæ adeſt cū abeſt dignitas:vt ȷ.de verb.ſigni.nepos.
k *Si debitor.Pecuniam*. ſine volūtate mariti,vel ſpōſi : alioquin contra eſt:vt ſupra eo. l.debitor.&.l.non enim.Accur.
l *Eſſet*.vt.ȷ.e.ſi debitor.&.ſ.de cōdic.cauſa data.l.quod Serui⁹.
m *Pater. Receperat*. à ſuo debitore.Io.
n *Conſumptis*.reconciliat ergo dotē cōſumptio:vt hîc.Itē vſucapio:vt.ſ.e.l.Proculus.
o *Cum vxor virum*. dare iuſſerit &c.
p *Sibi*.ſ.mulieri.
q *Deberet*.vir.
r *Liberatum eſſe*. facit ſupra eo.l.v.§.fi.& infra de adqui.poſ.l.j.§. hoc quidem.&.§.per procuratorē.Accur.
ſ *Si debitor.In ea*.vt ſupra proxi.l.ſi debitor.Accur.
*Si dote*.] CASVS. Quidam promiſit dotē pro muliere,quæ nunc cōuenitur à viro.quæritur,an in ſolidū, non deducto ne egeat, conueniat̃ : an non eo deducto. Diſtinguitur: ſi fuerit extrane⁹:ſemper cōdēnatur in ſolidū : ſi fuerit pater, in quantū facere poteſt.Itē diſtinguitur:an cōſtāte matrimonio petit̃, & habetur ratio ne egeat.an eo finito:quia pactū erat fortè de dote lucrāda: & tūc diſtinguitur: aut pater decepit generum ſciēs ſe nō ſoluēdo: & tenet̃ in ſolidū : alioquin nō in ſolidū, ſed in quantum facere poteſt:hoc eſt deducto ne egeat.Viuia.
t *Attinet*.niſi aliud conuenit. ſ. vt extraneus condemnetur in quantum facere poteſt:vt.ſ.de pact.l.ſi quis crediderit.Ioan.
u *Petitur*.ab eo,qui promiſit dotem.

* id eſt quod conſtat numero,nēpe pecunia.per peram ergo Iu. explicat. ꝓ eo quod eſt in promptu.

† Flo. ne.

* Quidam notant hic flagitium Tribon. agnoſci, qui doti promittere dixerit contra Lati. ſermonis reg cum Labeo rectè ſcripſiſſet, doti dixit, ſed ſublatam eſſe hodie dotis dictionem.

die, quod in numero * eſt reſtituatur: [a] ſed ſtatuto[ſtempore [b]] ſolui debeat.Quod ſi marito fundus fuerit adiudicatus: pars vtiq; data in dotem, dotalis manebit. Diuortio autem facto ſequetur reſtitutionem, [c] propter quam ad maritum peruenit, etiam altera portio: [d] ſcilicet vt recipiat tātum pretij nomine à muliere, quantum dedit ex condemnatione ſocio. Nec audiri debebit alteruter eam æquitatem recuſans,aut mulier in ſuſcipienda parte altera quoque, aut vir in reſtituenda. Sed an conſtante matrimonio nō ſola pars dotalis ſit,quæ data fuit in dotem,ſed etiam altera portio, videamus.Iulianus de parte tantùm dotali loquitur: & ego dixi in auditorio illam ſolam dotalem eſſe. Si marito dotis nomine ſtipulanti promiſit per errorem is qui exceptione tutus erat, nec † ſoluat:cogetur ei ſoluere: [e] & habebit cōdictionem aduerſus mulierem, aut patrem, vter eorum delegauit,ob id quod indebitum marito promiſit,aut ſoluit.

LXXIX. LABEO *libro ſexto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

Avus neptis nomine filio natæ genero dotem dedit: & moritur. [f] negat Seruius dotem ad patrem reuerti: [g] & ego cum Seruio ſentio: quia non poteſt videri ab eo profecta: quia nihil ex his ſui habuiſſet. [h] Pater filiæ nomine centum doti * ita promiſit,*cùm cōmodiſſimum eſſet*. Atteius ſcripſit Seruium reſpondiſſe, cùm primum ſine turpitudine [i] & infamia dari poſſit,deberi.

LXXX. IAVOLENVS *libro ſexto ex Poſterioribus Labeonis.*

SI debitor mulieris dotem ſpōſo promiſerit, poſſe mulierem antè nuptias à debitore eam pecuniam [k] petere: neque eo nomine poſtea debitorem viro obligatum futurū,ait Labeo: [quod] falſum eſt: quia ea promiſſio in pendenti eſſet, [l] donec obligatio in ea cauſa eſt.

LXXXI. PAPINIANVS *libro octauo Quæſtionum.*

PAter filiæ nomine nūmos alienos quos mutuos acceperat,aut in cauſam crediti receperat, [m] in dotē dedit.conſumptis [n] his dos profecticia efficitur.

LXXXII. PROCVLVS *libro quinto Epiſtularum.*

A

CVm vxor virū ſuū,quā pecuniā [o] ſibi [p] deberet. [q] in dotē filiæ cōmunis dare iuſſerit, & id feciſſe dicatur: puto animaduertendū eſſe, vtrum eam dotē ſuo, an vxoris nomine dedit.ſi ſuo: nihilominus vxori eū debere pecuniam. ſi vxoris nomine dederit, ipſum ab vxore liberatum eſſe. [r]

B

LXXXIII. IAVOLENVS *libro ſexto Poſteriorum Labeonis.*

SI debitor mulieris dotē ſponſo promiſerit, non poſſe mulierem antè nuptias à debitore eā pecuniam petere: quia ea promiſſio in pendenti eſſet, donec obligatio in ea [ſ] cauſa eſt.

Nota iſtum caſum ſingularem pro eo qui ab initio ꝓmiſit, quod dare non poterat.Bar.

LXXXIIII. LABEO *libro ſexto pithanon à Paulo Epitomatorum.*

C

SI de dote promiſſa agitur,non oportet in quātum facere poteſt, condēnari eum qui promiſit. Paulus.Imò quod ad extraneū attinet, [t] ſemper hoc verū eſt. Cæterùm ſi manēte adfinitate dotem promiſſam gener à ſocero petit: vtiq; in quantū facere poteſt, ſocer condēnabitur. Si dirępto matrimonio petitur: [u] ex cauſa [x] & perſona id tribuendū puto. Quid enim ſi ſocer ſpecie * futuræ dotis induxerit generū, † & cùm ſciret ſe præſtare dotem non poſſe, [y] id egerit,vt genero inſidiaretur? [z]

D

Nota caſum expreſſum,ꝗ extra cauſas expreſſas in.l.mutus.§.j.ſupra eo.nō poteſt ſolui dos mulieri,niſi in eius vtilitatē vertatur: vt hîc,& not.in.l.ij.in prin.infra.ſol.ma.&.l.cū in fundo.§.vxor vero. ſupra eo.Itē no.ꝗ ſicut marit⁹ nō poteſt alienare fundū dotalē, ita nec vxor conſentire marito alienanti: niſi propter mulieris vtilitatem, licèt quidam contra per l.ſi prædium.Co.eod.titu.Bar.

LXXXV. SCÆVOLA *libro octauo Digeſtorum.*

E

FVndum filiæ nomine pater in dotem dederat.huius [a] heredi filiæ ex aſſe, creditoribus patris vrgentibus, vtilius videtur potius fundum qui dotalis eſt diſtrahere,quòd [b] minus fructuoſus ſit: & alios hereditarios vberiore reditu retinere.maritus conſentit,ſi nulla in ea re [c] captio ſit futura. [d] Quæro,an ea pars [e] dotis quæ in hoc fundo eſt, mulieri manente matrimonio rectè ſoluatur. Reſpondit,ſi pretium creditori [f] ſoluatur, rectè ſolutum. [g]

x *Ex cauſa*. ex qua tribuitur hoc beneficiū: vt ſi ex cauſa dotis agatur.Item etſi agatur ex cauſa dotis: tamē quādoq; nō datur hoc beneficiū : vt ſi is qui cōuenitur, doloſè verſatus eſt. Item ratione perſonæ tribuitur: quia extraneo promittenti dotem, non præſtatur.
y *Nō poſſe*.vt.ȷ.de admini.tu.l.cū poſt.§.j.
z *Inſidiaretur*. meritò ergo in ſolidū tenetur. idē & de marito, & de ſocio dicetur.ſ.vbi dolum cōmiſerint, vt in ſolidū cōdemnentur: vt.ȷ.ſol.ma.l.etiā.&.l. ſi conſtante. &.ȷ.de re iudi.l.ſed hoc ita. quæ videntur contra.
a *Fvndum. Huius*. ſcilicet patris.Acc.
b *Quòd*.id eſt quia.
c *In ea re*. id eſt permiſſione.
d *Futura mariti*. nec enim facit hoc animo donandi.
e *An ea pars*.hic enim fundus erat pars huius dotis : quia & alia erāt in dotem.
f *Creditori*.tunc enim non eſt perditū quod exigitur:vt.ſ.eo.l.mutus.§. manente. & vt de emptore rei eccleſiaſticæ dicitur. Co.de ſacroſanct.eccle. auth. hoc ius.& in authē. de eccle.titu.§. omnibus. colla.ix.
g *Solutum*. & ſic not. fundum dotalem alienari hoc caſu: quia eſt vtile: & magis videtur permutatio: vt ſupra eo.l.ita conſtante.

Idem ferè totidē verbis ſ.repetitur l. 80. notat in ea re Tribo. erratum, A Aug.li.1.c 7. In li. Βασιλ. 28. rectè in vnam ſolam ſententiam coniunguntur.

* Vulg. ſpe. † Genero.

DE PACTIS dotalibus.

*Quia ſuper dote de qua dictum eſt, ſunt quædam pacta quæ valent: quædam quæ non:ideò de omnibus dicit.*

*Vt lib.xviij.expoſita ratione contrahendæ emptionis, ſubiiciuntur pacta inter emptorem & venditorem compoſita, &c. libr. xx. expoſita ratione, contrahendi pignoris vel hypothecæ, pacta eorum, ita ratione contrahendæ dotis expoſita titulo ſuperiore: dātur modò pacta dotalia, non quæ ad actionē vel exceptionē proſint.vt in generali tit.de pact. ſed quæ vtilia vel inutilia,quæ licita vel illicita ſint.Cuia.*

Pacisci

P*Aciſci poſt nuptias.*] CASVS. Paciſcitur mulier de die reddendæ dotis. item de dolo & culpa. hęc pacta valent, ſiue ante matrimonium, ſiue poſtea fuerint: ſi modò adſint, quos negotium tangit. ſ. mulier & vir: & pater cuiuſlibet eorum, vel alterius qui dotem dedit: aliàs eis qui abſunt non nocet. Vi. A maritum fructus percipere: ita vt eos redderet. i. eorũ æſtimationem, & ipſe habeat tantũmodo vſuras, & tunc valet pactum: hac tamen ſumpta ſubdiſtinctione, vt ſi quidem maritus ideo quòd pactum interpoſuit de fructibus reddendis, maiorem dotem eſt conſecutus, pactum valeat: alioquin contra. Accurſius.

a *Paciſci poſt nuptias.* putà de dote reddẽda: de culpa præſtanda: & de ſimilibus: dum tamen donationis animo non fiat: vt infra eod. l. cùm maritus. j. reſpon.

b *Oportet.* vt omnibus proſint & noceant.

c *Ne ei.* ſcilicet filiæ, puta cùm pater pactus eſt reddi ſibi, pignoribus & fideiuſſoribꝰ acceptis: quorum obligatio filiæ non quæritur: quia ſicut patri per filiam, ita filiæ per patrẽ queri receptum eſt: niſi patri heres exiſtat: vt infra eo. l. cum dos. (* Vulg. dotem poſſunt)

d *Non proſit.* vel nõ noceat. Accurſius.

e S*I conuenerit. Remaneret.* vt. j. ſol. ma. l. ſi cùm dotem. Accur.

f *Pactum.* vt ſi incontinenti ſit factũ. aduerſatur enim vtilitati publicæ: vt. j. ſol. mat. l. j. &. ſ. de iure dotiũ. l. ij.

g *Interuenit.* vbi autẽ mulier in matrimonio decedit: ſiue interueniãt liberi, ſiue nõ, poterit maritus ex pacto lucrari dotẽ. ſi verò vir decedat: ſiue interueniant, ſiue nõ, nunquã ſeruatur. ſed ſi diuortiũ interuenit liberis extãtibus, valet: aliàs non, vt probatur. j. de dote pręleg. l. j. in prin. Acc.

h P*Acta. Diuortio.* vt ſi alter moriatur.

S*I cõuenerit.*] CASVS. Mulier dedit. c. in dotem hoc pacto, vt maritus non lucretur fructus, ſed fiant dotis. quæritur an valeat pactũ. Et dicit quôd non, indiſtinctè. Secũdo caſu idem planius diſtinguit, dicens: Dic vt ponitur glo. in verbo, diſtinguit. Viuianus.

i *Si conuenerit.* contra C. de iure do. l. res quarum. Accurſius.

k *Indotatem mulierem.* quia niſi matrimonij oneribus ſeruiat dos, nulla eſt: vt. ſ. titu. j. l. ſi pater. &. j. eo. liberis. §. Paulus. Accurſius.

l *Diſtinguit.* Huius legis diſtinctio talis eſt: quia aut fundus vel vſusfructꝰ eſt dotalis, & cõuenit vt fructus redderet: & tunc nõ valet pactũ. aut nec fundus nec vſusfructꝰ dotalis eſt: ſed paſſa eſt mulier (Caſum ponit.)

# DE PACTIS DOTALIBUS.

## TITVLVS IIII.

I. IAVOLENVS *libro quarto ex Caßio.*

PAciſci poſt nuptias, [a] etiam ſi nihil antè conuenerit, licet. Pacta quæ de reddenda dote fiunt, inter omnes fieri oportet, [b] qui repetere dotem, * & à quibus repeti poteſt: ne ei [c] qui nõ interfuit, apud arbitrum cognoſcentem pactum non proſit. [d]

Pactum factum, vt ſoluto matrimonio liberis exiſtentibus dos remaneat penes virum: intelligitur, ſi morte mulieris matrimonium diſſoluatur: non ſi morte viri. Baldus.

II. VLPIANVS *libro nonodecimo ad Sabinum.*

1 SI conuenerit, vt quoquo modo diſſolutum ſit matrimonium liberis interuenientibus, dos apud virum remaneret: [e] Papinianus Iuniano prætori reſpondit, morte mariti finito matrimonio, neque conueniſſe videri dotem remanere: & ſi conueniſſet, non eſſe ſeruãdum pactum [f] contra dotem, cùm mariti mortalitas interuenit. [g]

III. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

PActa conuenta quæ in diuortij tempus collata ſunt: nõ facto diuortio [h] locum non habẽt.

Pactum quòd maritus non lucretur fructus dotis, ſed reſtituat: non valet, niſi propter ipſum ſit maiorem dotem conſecutus: vel mulier ſeipſam alat. hoc dicit. Si verò fiat de certa parte fructuum, videtur indiſtinctè valere: vt infra eo. quæris. & adde. l. ſi inter virũ. infra eo. & hoc ſi fiat antè contractum matrimonium: aliàs nullo modo valet. d. l. quæris.

IIII. VLPIANVS *libro trigenſimoprimo ad Sabinum.*

2 SI conuenerit, [i] vt fructus in dotem conuerterentur: an valeat conuentio? Et Marcellus ait libro octauo Digeſtorum conuentionem non valere. propè enim indotatam mulierem [k] hoc pacto fieri. Sed ita diſtinguit, [l] vt ſi quidem fundum in dotem dederit mulier, ita vt maritus fructus redderet, non eſſe ratum pactũ: [m] idémque eſſe & ſi vſumfructum in dotem hoc pacto dedit. Quòd ſi conueniſſet de fructibus reddẽdis, hoc eſt, vt in dote eſſent [n] fructus, quoſquos percepiſſet: & fundus vel vſusfructus in hoc traditus eſt, non vt fundus vel fructus fieret dotalis, ſed vt fructus perciperet dotis futuros: cogendum de dote actione fructus reddere. [o] B Erunt igitur in dote fructus, & fruetur iſte vſuris quæ ex fructibꝰ collectis & in ſortem redactis percipi poſſunt. Ego vtrubique [p] arbitror intereſſe qua cõtemplatione dos ſit data: vt ſi ob hoc ei maiorem dotem mulier dedit, quia fructus volebat eſſe dotis, cõtento marito ea pecunia quæ ex vſuris reditũũ colligitur, poſſe dici conuẽtionem valere. Nec enim videtur ſterilis eſſe dos. finge quadragena † annua eſſe reditus apud eũ, qui non acciperet in dotem (niſi C hoc conueniſſet) plus trecẽtum. * vti boni cõſuleret, [q] tam vberem dotem conſecutus? Et quid dicimus ſi pactum tale interuenit, vt maritus fructus in dotem conuerteret, & mulier ſe ſuóſque aleret tueretúrve, & vniuerſa onera ſua expediret? quare non dicas conuentionem valere? [r]

Pactũ quod eſt cõtra ius, vel per quod quis inuitatur ad delinquẽdum, nõ valet. h. d. iſta. l. no. Bald.

V. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

D ILlud † cõuenire non poteſt, [s] ne de moribus agatur, vel plus vel minus exigatur, ne publica coërcitio * priuata pactione tollat. Ac nec illa quidẽ pacta ſeruanda ſunt, ne ob res donatas vel amotas ageretur: quia altero pacto ad furãdũ mulieres inuitãtur: altero ius ciuile impugnatur. Et ſi conuenerit, ne ob impẽſas neceſſarias ageretur, pactum [t] non eſt ſeruandũ: quia tales impenſæ dotem ipſo iure [u] minuunt.

Non valet pactum, quòd maritus non teneatur de culpa, ſed de caſu ſic. hoc dicit.

E VI. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

POmponius ait, maritum non poſſe paciſci vt dolum ſolummodo in dotem [x] præſtet: videlicet propter vtilitatem nubẽtium: quamuis paciſci poſſit ne ſit periculo eius nomen debitoris qui ei dotẽ promiſit. nam & vt ſit dos [y] periculo mulieris, paciſci eũ poſſe probat: & per contrariũ, vt ea dos quæ periculo mulieris [z] eſt, ſit periculo mariti. [a]

m *Pactum.* vt. ſ. de iure do. l. dotis fructus.

n *Fructus eſſent.* nõ autem fundus.

o *Reddere.* i. æſtimationem eorum. Accur.

p *Vtrubique.* i. quando vſusfructus vel fundꝰ, item quãdo fructus totus datur in dotem, & conuenit vt nõ lucretur eos vir.

q *Cõſuleret.* aliàs, boni viri cõſuleret: & aliàs, boni viri conſilio tam vberẽ, &c. & ſic exponitur, id eſt conſiliũ ſumeret boni, vel cautè præmeditari: & ſic ponitur. ſ. de iure do. l. ſi res. &. j. de decurio. l. generaliter. & Ouid. (Ouidius.)

*Quæ quamuis miſiſſe pudet quia parua videntur,*
*Tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni.*

aliàs vti oneri conſuleret, tam vberem, &c.

(† quadrigẽta.)
(* Vulg. trecentis.)

r *Valere.* interrogatiuè: & dico certè valere: vt. j. de do. inter vi. & vxo. l. ſi quis ꝓ vxore. §. ſi vxor. Accur.

ſ I*Llud. Non poteſt.* ſcilicet cõſtante matrimonio: ſed poſt ſic: vt. j. e. l. ob res. &. ſ. de pac. ſi vnus. §. pactus. hodie autẽ de modicis impẽſis non agitur: vt j. de impen. l. omnino. ſed ibi loquitur de maximis impenſis. Accur.

(† Hæc lex in vulg. incip. Conuenire.)
(* Vide Vlp. frag tit. 6. §. morum.)

t *Pactũ.* ſcilicet de impenſis ipſis non repetendis.

u *Ipſo iure.* ſi in pecunia & ſpeciebus dos cõſiſtat: vt. ſ. tit. j. ſi is qui. §. vlt. Accurſius.

x P*Omponius. In dotẽ.* aliter in commodato: vt. ſ. commo. l. ſi vt certo. §. interdum. & aliter in locato: vt. ſ. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi calicem.

y *Vt ſit dos.* data æſtimata.

z *Mulieris.* vt inæſtimata.

a *Mariti.* quædã ergo valent ſub quodam tacito, quę non valẽt expreſſè: vt hîc, &. ſ. de pac. l. ſi vnus. §. illud. (Aliter in cæteris contractibus.)

C*Vm dos.*] CASVS. Pater dedit. c. pro filia in dotem: deinde ex interuallo pepigit cum genero, vt in ſpeciem conuerteretur pecunia. an valeat? aut tam pater quàm filia conſenſerunt pacto cũ



UNED

genero:& valet, licèt ab initio ſolus pater poſſit paciſci tempore donationis. Secundò proſequitur quãdo ſolus pater ex interuallo, & dicit quòd non valet vt proſit vel noceat filiæ: ſed valet vt noceat patri vel proſit. Tertiò ſi ſola filia pepigit ex interuallo: tunc aut in melius, & proficit ſibi aut patri. aut in deterius:& ſibi non patri præiudicat, niſi vnà cum eo agat ſoluto matrimonio. Viuianus.

Iſta lex habet duas partes. Prima pars loquitur quando pactum interponitur à patre. Secunda, quando interponitur à filia. Secunda ibi, ſi verò ſic pacta ſit filia. Baldus.

VII. Pomponivs *libro quintodecimo ad Sabinum.*

Cvm dos filiæ nomine datur,[a] optimum eſt, pactum conuentum[b] cum vtroque generum facere: quanquam initio dotis dandæ legem[c] quã velit[d] etiam citra perſonam mulieris is qui dat dicere poſſit.[e] Si verò † poſt datam paciſci velit, vtriuſque perſona in paciſcendo neceſſaria eſt: quoniam iam adquiſita mulieri dos tum eſſet. Quo caſu ſi ſolus pater pactus eſſet ſine filia: ſiue ſolus agat,[f] ſiue adiuncta[g] filiæ perſona, ei ſoli nocebit & proderit pactum conuentum: nec ſi ſola filia[h] aget, neque proderit,[i] neque nocebit ei. Si verò filia ſola pacta fuerit, quo pacto melior conditio patris fiet, proderit & patri: quoniam per filiam patri adquiri poteſt: per patrem filiæ[k] non poteſt. Si verò ſic pacta ſit filia, vt noceat: ipſi quandoque filiæ agenti nocebit[l] pactum: patri verò nullo modo nocebit, niſi adiecta quoque filiæ perſona experiatur.[m] Dicẽdum eſt, paciſcendo filiam patris conditionem deteriorem facere non D poſſe eo caſu quo mortua ea in matrimonio dos ad patrẽ reuerſura eſt.

† Omnes ſcribẽtes cõmuniter in l. 2. in verſic. denique ſi pater. j̃. ſolu. ma. ſatis laborãt & fruſtra circa intellectũ huius literę: ideò tu vide quæ hîc dicũtur. in nouis interpr. Bol.

Iſtam legem intellige ſecundum legẽ, ſi nepos, cum duabus ſequẽtibus ſupra titu. 2. Baldus.

VIII. Pavlvs *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Qvotiens patre furente vel ab hoſtibus capto filiusfamiliâs ducit vxorem, filiáque familiâs nubit, neceſſariò etiam pactio cũ ipſis[n] dũtaxat dotis nomine fieri E potuit.

IX. Pomponivs *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

Si ita conueniat, vt ſi viuo ſocero[o] mortua ſit filia, ipſi ſocero: ſi mortuo eo, filio eius: ſi filio quoque defuncto,[p] totum ſuo heredi reddatur: benigna interpretatione poteſt defendi vtilem ſtipulationem[q] eſſe.

B

X. Idem *libro vicenſimoſexto ad Sabinum.*

Avus pactus eſt, cùm dotem pro nepote ſuſcepiſſet, ne à ſe néve à filio dos peteretur:[r] ab alio verò quàm filio herede, vt dos peteretur. exceptione conuentionis filius tuendus erit: quippe heredi noſtro cauere cõceſſum eſt. nec quicquam[ſ] obſtat quò minus certæ perſonæ, ſi heres erit ſibi, caueri[t] poſſit: quod[u] non idem & in cæteris heredibus ca- C uetur. & ita Celſus ſcribit.

Conditio adiecta in præcedenti pacto, & in ſequenti intelligitur repetita, ſi aliàs pactum redderetur inutile. Bartolus.

XI. Vlpianvs *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

Cvm pater dotem pollicitus fuerit, & paciſcatur ne ſe viuo petatur,[x] néve conſtante matrimonio dos petatur: ita pactum interpretandum[y] diuus Seuerus conſtituit, quaſi adiectum eſſet,[z] ſe viuo. hoc enim ita accipiẽdum D eſſe contemplatione paternæ pietatis, & contrahentium voluntatis, vt poſterior quoque pars conuentionis ad vitam patris relata videatur: ne diuerſa[a] ſententia fructum dotis ab oneribus matrimonij ſeparet: quódque indigniſſimum eſt, inducat, vt nõ habuiſſe dotem exiſtimetur. Quo reſcripto hoc effectum eſt, vt ſi quidem viuo patre deceſſerit filia, aut ſine culpa ſua diuorterit, omnimodo dos peti non poſſit:[b] conſtante E autem matrimonio mortuo patre peti poſſit.[c]

a *Datur*. id eſt data eſt: & ſic ponitur præſens pro præterito: ſicuti & quãdoque præſens pro futuro: vt infra de cõdi. & demon. l. quibus diebus. §. quidam. & in patre nõ extraneo loquit̃ hæc lex.

b *Conuẽtum*. id eſt ſtipulatio: puta, vt ſoli patri promittat. nam ſolum pactum non mutat actionem profectitiæ dotis: cùm ſimplici pacto nouatio non fiat etiam vtroque volẽte: vt. C. de iure do. l. auia. ſed in extraneo ſufficit nudum: vt. j̃. ſubiicit.

c *Legem*. ſtipulatione vallatam. Accurſius.

d *Velit*. imò non omnem, puta ſi eſt aduerſa publicæ vtilitati: vt C. e. l. quamuis.

e *Poßit*. vt. j̃. eo. l. ob res. §. j. non ſic poſt, vt ſubiicit: vt. C. de dona. quæ ſub modo. l. perfecta. & C. de iure dot. l. cùm à ſocero. & j̃. ſol. mat. l. non ſolùm. & l. quotiens. & s̃. eo. l. j. §. pacta. & de iure do. l. poſt nuptias. Accur.

f *Agat*. filia mortua, vel ea viua: cùm reconciliauerit matrimoniũ inuito patre: vel leuis ſit circa immerentẽ maritum: vt &. C. de nup. ſi vt proponis. & j̃. ſol. ma. l. ſi cùm dotẽ. §. eo. autem tempore.

g *Adiuncta*. vt infra ea. l. §. niſi adiecta, &c. & cõtrarium quod ibi eſt, etiam hîc dici poteſt.

h *Filia*. ſui iuris conſtituta per mortem, vel emancipationem. Accurſius.

i *Neque proderit*. abundat primum neque: vt in auth. de here. & Fal. §. inordinatum. col. j. & pone exemplum quãdo non nocet filiæ, niſi conſentiat: vt. j̃. eo. aliud. hîc tamen patrem non ratione ſui, ſed filiæ nomine puto agere poſſe: vt in tutore: vt. C. de bo. quæ libe. l. fi. & de bo. ma. l. j. vel aliter pone exemplum, quia vnus ſine altero iuſſit alij promitti: vt infra ſolu. ma. l. ij. §. j. vel econtra non prodeſt, ſi citeriori die præſtari conuenit, commodum eius temporis eſſet patris. vel ſi in initio conuenit de non petenda dote, & poſt cõuenit de petenda: ſolus ipſe ageret.

k *Filiæ*. iure directo. Ioan. vt ſupra de pac. ſi tibi. §. ſi pactus. ſed cur non, cùm nepotibus quærat auus vtilem actionem: vt. j̃. ſol. ma. Gaius. & C. de pac. con. l. pater? Reſpon. ibi non erat in poteſtate: quia ex filia. hîc ſic. Item contra infra de verbo. obliga. l. quodcumque. §. ij. ſed ibi vt heredi ſtipulatus eſt pater filiæ, hîc non. vel ibi vt filio: hîc pro ſe videbatur paciſci, non pro filia.

A l *Nocebit*. veluti ſi paciſcatur de permutanda dote: vt infra eo. l. ſi mulier. aliter ſi paciſcatur de dote non repetenda, vel non reddẽda ſuo tempore. tunc enim non poteſt ſibi nocere niſi ſol. ma. paciſcatur: vt infra eo. l. de die. & l. Atilicinus. & s̃. eo. l. ij. Azo.

m *Experiatur*. imò nec tunc videtur nocere: vt j̃. ſolu. ma. l. ij. §. ſed vtrum. Solu. ſecundum quoſdã nocebit quantum ad perſonam filię, non quantum ad patrem. Alij dicunt quòd ibi pactio fuit facta, vt prodeſſet alij, non marito. vel quod ibi dicit, non eſt amiſſa, verum eſt ipſo iure, amittitur tamen per exceptionẽ. Tu dic, ſi filia paciſcatur ad exceptionẽ marito parandam, vt paciſcẽdo de non petenda dote, non nocet patri: ſiue cum filia, ſiue ſine filia agat: vt ibi. ſi ad actionẽ, vt promittẽdo pœnam ſi ipſa vel pater petat dotem, nõ nocet patri, niſi adiuncta filia agat. tũc enim ex qualibet cauſa neceſſe habet defendere filiam: vt infra rerum amo. l. iij. §. fi. & hoc cũ pater non reconuenitur ex perſona filiæ ex illo contractu, ex quo ipſe agit propter filiæ perſonam. tũc enim ſiue cum filia ſiue ſine ea agat, pro filia reſpondet: vt. s̃. de compen. ſi cum. & s̃. commo. l. pe. & de pigne. act. ſi ſeruus pignori. Accur.

n *Qvotiens. Cum ipſis*. ſcilicet talibus filiis: & erit rata pactio: vt. C. de ſen. paſ. l. fin. circa princip. Accurſius.

o *Si ita conueniat. Socero*. i. patre filiæ.

p *Defuncto*. non ſolũ auo.

q *Stipulationem*. & ſic filio per patrem quęritur: quia vt filio volebat quęrere: vt infra de verb. oblig. quodcumque. §. ſi quis ita. & infra eo. l. pater. & infra ſolu. ma. l. Gaius.

r *Avus. Peteretur*. id eſt repeteretur cùm ſibi eſſet ſoluta. Accurſius Florentinus legum doctor.

ſ *Nec quicquam*. vt ob hoc non valeat. Accurſius.

t *Cauere*. heres eius.

u *Quod*. id eſt quæ cautio, ac ſi dicat, de quibuſdam dixit, de quibuſdam non: vt ſupra de pac. l. auus.

x *Cvm pater. Petatur*. id eſt maritus non petat à patre.

y *Interpretãdũ*. quia in ambiguis, &c. vt. s̃. tit. j. in ambiguis.

z *Adiectum eſſet*. in ſecundo pacto. & ſic not. quòd verborum geminatio ſenſum non auget. & ſic eſt argu. contra. s̃. de vſur. l. ſi ſtipulatus. ſed hoc eſt in fauorem dotis.

Veborũ geminatio. an ſemper ſenſum augeat.

a *Diuerſa*. id eſt aduerſa, vel contraria. Ioan.

b *Non poßit*. propter verba, ne à ſe viuo dos petatur. Ioan.

c *Peti poßit*. ſcilicet vt hîc habes, & infra eo. l. ob res. §. fin.

*Si pater.*

Not. ſi. huius. l. nam valet ad multa: quia ſi promitto tibi vendere pro eo pretio quod inuenietur, & quidam nobilis vel potens vult emere minus quàm valeret, cuius timore nemo plus promittit, quòd hoc non debet attendi. Bartolus.

XII. PAVLVS *libro trigenſimo-quinto ad Edictum.*

SI pater dotem dederit, & pactus ſit, vt mortua in matrimonio filia, dos apud virum remaneret: puto pactum ſeruandum etiam ſi liberi non interueniant. [a] Ex pactis cõuentis quæ antè nuptias vel poſt nuptias interponi ſolent, alia ad voluntatem pertinent: vt mulier dote promiſſa ſe alat: & donec nupta ſi, dos ab ea non petatur: [b] aut certam ſummam viro præſtet, & ab eo alatur: & his ſimilia. Alia ad ius pertinẽt: veluti quando dos petatur: [c] quẽadmodum [d] reddatur. in quibus non ſemper voluntas contrahentium ſeruatur. [e] Cæterum ſi conuenerit ne omnino dos petatur, indotata [f] erit mulier.

Si mulier paciſcendo vt certa pars dotis tantùm petatur, pœnã apponit: debet eſſe contenta vel exceptione, vel pœna. Bald.

Si mulier pacta ſit [g] ne amplius quàm pars dimidia dotis à ſe petatur, [h] & pœnam ſtipulata ſit: [i] Mela ait, alterutro eam contẽtam eſſe oportere, vel exceptione pacti, & acceptam facere pœnæ obligationẽ: vel ſi ex ſtipulatu agat, [k] denegandam ei exceptionem. [l]

Si fundo æſtimato in dotem dato pacta ſit mulier, vt quanto pluris venierit, id in dote ſit: Mela ait id ſeruandũ: [m] & cùm ex contrario conuenire poſſit, vt ſi minoris venierit, ipſa debeat. Si pacta ſit mulier, vt ſiue pluris, ſiue minoris fundus æſtimatus venierit, pretium quãto res venierit, in dote ſit: ſtari eo pacto oportet. Sed ſi culpa mariti minoris venierit: & idipſum mulierem conſequi.

XIII. IVLIANVS *libro ſeptimo-decimo Digeſtorum.*

ITem ſi nõ venierit, æſtimatio [n] præſtari debebit.

Pactum per quod efficitur deterior dotis conditio, nõ valet: ſecus ſi fiat melior. Baldus.

XIIII. PAVLVS *libro trigenſimo-quinto ad Edictum.*

DE die reddendæ dotis hoc iuris eſt, vt liceat paciſci [o] qua die reddatur, dum ne mulieris deterior conditio fiat:

XV. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

a *SI pater interueniat.* Sed ſi pactum eſſet, vt nomen liberorũ retineretur, & nepos contineretur: vt infra ſolu.ma.l.ſi dotali.

b *Non petatur.* id eſt maritus non petat ab ea.

c *Petatur.* id eſt repetatur.

d *Quemadmodum.* pucta cum fructibus, vel ſine eis: quod dic vt ſupra eo.l.iiij. & ſupra titu.j.l.dotis.

e *Seruatur.* imò hodie ſemper huiuſmodi pacta ſeruantur, niſi contra ius ſint: vt. C. de rei vxo.ac.§.illud. circa finem legis.

f *Indotata.* aliàs cum non: aliàs ſine non. & facit infra eo. ſi liberis. j.reſpon.

g *Si mulier pacta ſit.* antè matrimonium: alioquin cùm fiat donationis cauſa, non tenet.

h *Petatur.* à marito, id eſt ne maritus petat.

i *Stipulata ſit.* à marito, ſi plus quàm dimidiam partem petat maritus.

k *Ex ſtipulatu agat.* ad pœnam.

l *Exceptionem.* vt ſupra de pact.reſcriptum.§.ſi pacto. & infra de doli except.l.apud.§.Labeo ait ſi de homine.

m *Seruandum.* vt arg. ſ. de contrahen. empt. l.hæc venditio.§.ſi.Accurſius.

n *ITem ſi Aeſtimatio.* qua fuit æſtimatus. Accurſius.

o *DE die. Paciſci.* vt ſupra de pac. l.iuriſgentium.§.vt puta.

p *VT autem. Non poteſt.* vt ſupra de pact.ſi.vnus.§.pactus. in fi.Accurſius.

q *ATilicinus. Vxorem.* ſed cum patre poteſt: vt infra.e. l.aliud.Accurſius.

r *LIcèt. Si iuſta cauſa.* idem tamen cre do & ſi antè nuptias: vt infra eod.l. quæris. lex tamen ſuperior, Atilicinus, dicit contra, ſcilicet quòd antè factum non valet. ſic enim dicit, antè nuptias. Sed dic quòd fuit collatum in tẽpus matrimonij: vt.C.de do. antè nupt. quod ſponſæ.&.l.j.& ſecundùm hoc punẽta ibi, reddatur. hæc gloſ. exigit quòd ibi pũctus non reddatur.

ſ *Conuentionis.* vt pau-

Hac de re noua deciſio extat.l.j. §.exactio. C. de rei vx. act.

ID eſt, vt citeriore die reddatur.

XVI. PAVLVS *libro trigenſimo-quinto ad Edictum.*

VT autem longiore die ſoluatur dos, conuenire non poteſt, [p] non magis quàm ne omnino reddatur.

XVII. PROCVLVS *libro vndecimo Epiſtularum.*

ATilicinus Proculo ſuo ſalutem. Cùm inter virum & vxorem [q] pactum conuentum ante nuptias factum ſit, vt quibus diebus dos data eſſet, iiſdem diuortio facto redderetur: poſt quinquennium quàm nuptiæ factæ ſunt, vxor viro dotem dedit. diuortio facto, quæro vtrum quinquennij die vir vxori dotem redderet, an ſtatuto legibus tempore. Proculus reſpondit: Quod ad diem reddendæ dotis attinet, pacto exiſtimo meliorem conditionem mulieris fieri poſſe, deteriorem non poſſe. Itaque ſi cautum eſt, vt propiore tẽpore quàm legibus conſtitutum eſt reddatur, ſtari eo debere. ſi vt longiore, nec valere id pactum cõuentum. Cuius ſententiæ conueniens eſt dicere, ſi pacto conuento cautum eſt, vt quanto ſerius quæque, & poſt nuptias data fuerit, tantò poſt diuortium reddatur: ſi propiore quàm in reddenda dote cõſtitutum eſt, data ſit, valere pactum conuentum: ſi longiore, nõ valere.

XVIII. IVLIANVS *libro octauo-decimo Digeſtorum.*

LIcèt manente matrimonio non poſſit inter virum & vxorem conuenire, vt lõgiore [die] dos reddatur: poſt diuortium tamen, ſi iuſta cauſa [r] conuentionis [ſ] fuerit, cuſtodiri id pactum debet.

XIX. ALFENVS *libro tertio Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.*

ALiud eſt [t] ſi pater pro filia dotẽ promiſit, vt annua, bima, trima, quadrima, quinto anno dos à ſe [u] redderetur, [x] & conuẽnit, vt iiſdem diebus dos ſoluto matrimonio redderetur. hoc enim pactum [y] ita valet, ſi patri filia heres extitiſſet, & interueniente ea pactum conuentum fuerit.

XX. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

OB res quoque donatas vel amotas, vel impenſas factas, tunc facta pactio [z] valebit, id eſt poſt diuortium. Si extraneus de ſuo daturus ſit dotem: quicquid vult, paciſci & ignorante muliere, [a] ſicut & ſtipulari poteſt. legem enim ſuæ rei dicit: poſtquam verò dederit, paciſci conſentiente muliere debet. Si conuenerit ne à muliere néve à patre dos petatur: heres non habebit [b] exceptionem. Sed ſi conuenerit ne manente matrimonio viuo patre petatur: mortuo patre ſtatim exigitur. & ſi non petierit maritus, tenebitur huius culpæ nomine, ſi dos exigi potuerit: [c] niſi fortè antè diremptum ſit matrimonium, quàm facultatem petendi [d] haberet. [e]

Græci vidètur legiſſe. Ob mores quoque & res donatas vel amotas &c. Cuiac. lib. 11. obſ. c.29.

pertatis mariti.

t *ALiud eſt.* Dictũ eſt ſupra.l.proxima, filiam non poſſe longius tempus apponere, quàm lege ſtatutum eſt in dote illi reddenda. aliud eſt, ſi pater, &c. & ſic continuatur cum ſuperiore.

u *A ſe.* ſcilicet patre.

x *Redderetur.* id eſt daretur: vt. j. de verb.ſignifi.l. verbum reddẽdi.

y *Pactum.* ſcilicet de contrahen. matri. nec enim ſine eius conſenſu contrahi potuit. ſi autem dicas de reddenda dote: ſubaudias, maximè. nã etſi non interueniſſet, ſi tamen heres eſſet, ei noceret ſicut patri: vt ſupra eo.l. cùm dos.

z *OB res. Pactio.* aliàs donatio, & aliàs pactio: & tunc ſcilicet poſt diuortiũ: vt hîc ſubiicit. & ſupra eodem.l.licet. ſecundũ vnum ſenſum.

a *Muliere.* vt ſupra eo. l.cùm dos.§.j.

b *Habebit.* cùm fuerit pactum perſonale. Accurſius.

c *Potuerit.* vt ſupra de iure dot.l.ſi extraneus. Accurſius.

d *Petendi.* id eſt antequam pater decederet.

e *Haberet.* & hoc ha-



UNED

bes etiam ſupra eod. l. cum pater. tunc enim non fuit in culpa exigendi: & ideò non tenetur: vt. ȷ. ſolu. mat. Mæuia. &. ſ. de nego. geſtis. l. ſi autem. &. l. litis. §. ſi pecuniæ.

a S*I mulier. Mancipia*. ea pecunia æſtimata.

b *Periculo*. ſcilicet mulieris. Accurſius.

c *Prodeſt*. vt. ſ. de iure do. l. ita conſtante. Ac.

d Q*Vidam. Conuenerat*. quæ cõuentio actionem non parit, niſi ſtipulatione ſit ſubnixa: ſed exceptionem tantum: vt. ſ. de do. inter vi. & vxo. l. ſi id. §. fin. &. l. ſi ſtipulata. Accurſius.

e *Daret*. in alimenta.

f *Non debere*. ſi ſe non exhibuerit. Accurſius.

g *Confirmentur*. diuortio, ſi exceptio mulieri detur: cùm debeant infirmari: vt. ȷ. de donat. inter virũ & vxorem. l. ſed interim. §. penult.

h P*Ater. Mortua*. ex his verbis putabatur tunc demũ filiis actionem competere, cùm filia prædeceſſerit antè patrem. Io.

i *Deducta*. id eſt retẽta à marito. Accur.

k *Mortem*. hîc oriebatur quæſtio. Ioan. ſubaudi ergo ſiue antè mortem aui, ſiue poſt decedat.

l *Filiis*. ſcilicet quos habebat in poteſtate pater, & quibus erat ſtipulatus. Accur.

m *Eius*. ſ. patris.

n *Illi*. patris filij.

o *Poſſe*. vt ſupra eo. l. ſi ita cõueniat. & infra de verb. obliga. quodcumque. §. ſi quis ita.

p *Mortua eſſet*. viuo vel mortuo patre.

q *Titio*. ſcilicet filio. nam ita ſtipulari extraneo non potuiſſet.

Plus poteſt quandoque heres, quàm defunctus.

r *Deberi*. & ſic plenius ab herede agitur, quã à defuncto agi potuerit: vt. ſ. de euict. ſi per imprudentiã. §. nõ mirum. &. C. vt ac. ab here. & contra here. l. j.

ſ S*I inter virum. Pactum eſt*. tempore datæ vel auctæ dotis.

t *Rata eſt*. vt & arg. ȷ. de condit. & demon. l. hæc conditio. §. fina. & l. ſi iam. arg. contra in l. cùm vir vxori.

u *Data*. vt. C. quæ res pig. ob. poſ. l. fin.

x Q*Vod de reddẽda. Conuenit*. ſocer

A

Si eſt vtile mulieri, pecunia in dotem promiſſa poteſt in corpus vel in ſpeciem commutari. hoc dicit iſta not. l. Baldus.

XXI. IVLIANVS *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

SI mulier dotis cauſa promiſerit certam ſummam, & pro ea mancipia [a] in dotem dederit ea conditione, vt periculo [b] eius eſſent: & ſi quid ex his natum eſſet, ad eam pertineret: ſtari pacto conuento oportebit. Nam conſtat poſſe inter virum & vxorem conuenire, vt dos quæ in pecunia numerata eſſet, permutaretur, & transferatur in corpora, cùm mulieri prodeſt. [c]

B

Exceptio pacti conuenti non conuenit heredi matris, quæ mater ex contractu conditionis erat viro obligata: licèt heres iſtius matris illud pactum appoſuerat de lucrãdo mercedem percipiendam ex fundo dato in dotem. hoc dicit. Baldus.

XXII. IDEM *libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.*

C

QVidam fundum dotis cauſa ab vxore ſua acceperat: interque eos conuenerat, [d] vt mercedes eius fundi vir vxori annui nomine daret. [e] deinde eum fundum vir matri mulieris certa penſione colendum locauerat: eaque, cum mercedes eius fundi deberet, deceſſerat: & filiam ſuam ſolam heredem reliquerat, & diuortium factum erat. vir deinde petebat à muliere mercedes quas mater debuerat. Placuit exceptionem mulieri dari non debere, [f] ac ſi inter ſe & virum non conueniſſet vt hæ mercedes ſibi alimentorum nomine darentur: cùm futurum ſit, vt quodammodo donationes inter virum & vxorem cõfirmentur. [g] nam quod annui nomine datur, ſpecies eſt donationis.

D

Conditio exiſtens, ſiue in vita, ſiue poſt mortem ſtipulatoris, purificat conditionem. Barto.

XXIII. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

PAter cùm filiæ ſuæ nomine dotem daret, pactus eſt vt mortua [h] filia, vno pluribúſve liberis ſuperſtitibus, deducta [i] parte tertia, reliqua dos ſibi, aut poſt mortem [k] ſuam illi aut illis filiis [l] quos in poteſtate habebat, reddatur. deinde hæc ita fieri ſtipulatus eſt. poſt mortem eius [m] mulier in matrimonio deceſſerat relictis filiis. Quæſitum eſt an ex ſtipulatione duas partes illi [n] petere poſſint. Reſpondi poſſe. [o] etenim vim eius ſtipulationis hâc eſſe, vt ſi in matrimonio mortua [p] eſſet, dos patri redderetur: & perinde habendum, ac ſi talis ſtipulatio interpoſita fuiſſet: *Si nauis ex Aſia venerit, mihi, aut poſt mortem meam Lucio Titio* [q] *dare ſpondes?* nam & ſi poſt mortem ſtipulatoris nauis veniſſet, heredi deberi. [r]

XXIIII. FLORENTINVS *libro tertio Inſtitutionum.*

SI inter virum & vxorem pactum eſt, [ſ] vt certa pars dotis vel tota ob vnum vel plures liberos interuenientes retineatur: etiam eorum liberorum nomine qui antè nati ſunt, quàm dos daretur, aut amplietur, conuentio rata eſt. [t] nam ſufficit eos ex eo matrimonio naſci, in quo dos data [u] eſt.

XXV. VLPIANVS *libro primo Reſponſorum.*

QVod de reddenda dote, ſi data fuiſſet mortua in matrimonio filia, † conuenit, [x] idem de non petenda quoque videri conueniſſe: ac patrem pacti conuenti exceptionem nanctum ad heredem ſuum transmiſiſſe.

XXVI. PAPINIANVS *libro quarto Reſponſorum.*

INter ſocerum & generum cõuenit, vt ſi filia mortua ſuperſtitem anniculum filium habuiſſet, dos ad virum pertineret. quòd ſi viuente matre filius obiſſet, vir dotis portionem [y] vxore in matrimonio defuncta retineret. mulier naufragio cum anniculo filio periit. Quia veriſimile videbatur, antè matrem infantem periiſſe, [z] virum partem [a] dotis retinere placuit. Vir dotem quam ex pacto filiæ [b] nomine retinere potuit, ſi lapſus errore non retinuit, [c] filiam quæ patri ſola, matri pro parte heres exſtiterit, apud arbitrum [d] diuiſionis non improbè dotis perperam à patre ſolutæ [e] præceptionem deſiderare conſtitit. [f] Cùm inter patrem & generum conuenit, vt in matrimonio ſine liberis defuncta filia, dos patri reſtituatur: id actum [g] inter contrahentes intellegi debet, vt liberis ſuperſtitibus filia defuncta, dos retineatur. nec ſeparabitur [h] portio dotis additamenti cauſa data, ſi poſtea nihil aliud conueniat. Conuenit, vt mulier viri ſumptibus quoquo iret veheretur: atque ideò mulier pa-

E

cum genero, vel cum vxore. ſ. filia ſoceri. hoc enim ipſo quòd gener ita ſe obligat de reddẽda dote ſi ei data eſſet, videtur permiſiſſe patri ne daret: & ita feciſſe pactum de non petendo. & facit. ȷ. ſi quis omiſ. cau. teſta. ſi quis ſub cõditione. Accur.

y I*Nter ſocerum. Portionem*. ſcilicet dimidiam.

z *Infantem periiſſe*. vt infra de reb. dub. l. ſi mulier. Sed quid ſi pubere filio ſic mortuo? Reſpon. contra, quia prius mater mortua eſſe præſumitur: vt infra de reb. dub. l. cùm pubere. Item nunquid eadem quæſtio & diſtinctio ſeruatur in patre & filio ſimul mortuis? Reſpon. ſic. ȷ. de reb. dub. l. qui duos. §. cùm in bello. &. §. ſi Lucius. aliter ſi ſint pares illi qui ſic moriũtur: quia pariter mortui præſumuntur: vt infra de donat. cau. mor. l. ſi hi qui inuicem. Accurſius.

† In vulg. edit. inci. Qui de. Ego poſt verbum filia, ſic putaui diſpungendũ, nõ poſt verbum, fuiſſet.

a *Partem*. non totam.

b *Filiæ*. communis.

c *Retinuit*. ſed heredibus mulieris reſtituit, vel ipſi mulieri. Accurſius.

d *Arbitrum*. coram quo materna diuiditur hereditas, non paterna: quia eam ſolam habet, vt hîc dicitur. +

+ Vid Mantic. de coniectur. lib. 11 tit. 8. n. 23. de cuius intellectu Vid Peregrin de fidei commis. artic. 28. n. 29.

e *Solutæ matri*. quæ diuertit: & valuit pactũ: vt not. ſupra eodem. l. ij. Vel ſi non habes matri: dic quòd eius heredibus reſtituit totã. Accurſius.

f *Conſtitit*. videtur quòd ignorantia proprij facti toleretur. & ſic eſt argu. contra infra pro ſuo. l. fin. Accurſius.

g *Id actum*. poſito enim quid iuris ſit in vno de contrariis, & in oppoſito quid iuris ſit intelligitur. Sed arg. contra ſupra man. l. qui mutuam. ȷ. reſpon.

h *Separabitur*. à genero, vel non ſeparabitur ab ea quæ fuit prius conſtituta, quoniam idem iuris ſit in vtroque: vt argu. infra de legat. ȷ. ſi ex toto. in princip. & infra de aur. & argen. leg. l. cum aurum. §. fin. in fin. &. C. de iure do. l. etiam ſi non. in fin. & ſupra de iure do. l. iiij.

*Ad literas.*

a *Ad literas*. quibus voluit mulierem ad ſe peruenire. Accur.
b *Centyrio*. ſub quo maritus fortè militabat.
c *Petit*. petitio hæc à principe: vt. C. de re mili. l. quicumque. vel hîc ipſe non miſit pro ea. Accurſius.
d *Competit*. ideò fortè quia nudum pactum fuit.
e *In factum*. vt infra de donat. inter vi. & vxo. l. ſi quis pro vxore. Accurſius.

† Sic Flo. An. Auguſti. lib. 5. c. 7. hîc autem cẽtyrio erat marit⁹, & petit, i. vadit. contra quã Accurſ. putat & merebãt ibi milites, vbi in actu militiæ erant, non domi. l. item miles. j. de re iud.

f *Puellæ*. agnatus ſcilicet vel alius quem heredem fecit: non filius: quia filium non habebat.
g *Pecuniam*. ſed quid ſi heres puellæ pecuniam non ſoluit matri: ſed eam apud ſe habet? Reſpon. non repetit maritus: quia ſi puella fecit inutilem ſtipulationem, quæ directò non valeat, ſecundùm. l. tamen habet vtilem actionem: vt &. C. de rei vxo. act. in princip. arg. ſupra eo. cum dos. quod not.
h *Petenti*. cùm non eſſet ſoluta.
i *Dari*. id eſt reddi.

Caſum ponit.

k *Damnatus eſt*. ſcilicet pater.

* Cõc. l. 8. j. de bo. dam. na. quæ extat lib. 60. βασιλ. eod. titul.

l *Fiſco*. qui eſt heres patris: vt infra de iure fiſci. Lucius.
m *Pertinet*. ſtipulatio: vt. j. de iure do. l. dotis.
n *SI liberis*. Mulier dedit cẽtum in dotem hoc pacto, vt vir lucretur dotem ea mortua ſuperſtitibus liberis, hæc mulier finxit ſe iratam cum viro: & ad eum redire noluit, niſi hoc pactum remitteretur: tandem remiſſum eſt. Hæc lex dicit hoc pactum non valere. Accurſius.

† cõcordia.
* i. ne dotẽ ab ea petat marit⁹. Grȩcus liber. βασιλ. rectè.

o *Sublatis*. ſcilicet natis, qui erant cauſa retinendæ dotis.
p *Iurgium*. ſ. factum.
q *Per diſſimulationem*. iurgij. diſſimulabat enim quòd cum marito iurgata eſſet.
r *Dotata*. id eſt ne videatur aliqua dediſſe in dotẽ, vt ob hoc pactum marito de dote retinenda non noceat, vel proſit: & ſecũdùm hoc dicit ſublatis, id eſt mortuis. imò dicit indotata. id eſt ne dotem retinere poſſit. vir.

ctum ad literas [a] viri ſecuta, prouinciam [b] in qua centyrio † merebat, petit. [c] non ſeruata fide conuentionis, licèt directa actio nulla competit, [d] vtilis tamen in factum [e] danda eſt. Filia cùm pro ſe dotem promitteret, pepigit vt ſi in matrimonio ſine liberis deceſſiſſet, matri ſuæ dos ſol- B uatur. pacto filiæ nulla matri quȩritur actio. ſi tamen heres puellæ [f] matri pecuniam [g] dotis ſoluerit, viro contra placita petenti [h] dotem, obſtabit exceptio.

Pater ſi filia nupta mortem obiſſet, dotem dari [i] ſtipulatus eſt, cõſtante matrimonio capitali crimine damnatus eſt. [k] diuortio ſecuto, vel morte viri ſoluto matrimonio, ſtipulationis conditio deficit. Quòd ſi mulier in matrimonio deceſſerit: ex ſtipulatu fiſco dotis actio quæreretur. * C Poſt verum autem diuortium renouatis nuptiis, non committitur fiſco [l] ſtipulatio, licèt defuncta ſit in matrimonio filia: quoniam ad primas nuptias pertinet. [m]

XXVII. IDEM *libro primo Definitionum.*

SI liberis [n] ſublatis [o] reuerſa poſt iurgium [p] per diſſimulationem [q] mulier, veluti venali concordio, † ne dotata [r] * ſit conueniat: conuentio ſecundum ordinem rei geſtæ moribus im- D probanda eſt.

XXVIII. PAVLVS *libro quinto Quæſtionum.*

QVæris, [s] ſi pacta ſit mulier vel antè nuptias, vel poſt nuptias, vt ex fundi fructibus quẽ dedit in dotem, creditor mulieris dimittatur, an valeat pactum. Dico, ſi ante nuptias id conuenerit, valere pactum: eóque modo minorem dotem conſtitutam: poſt nuptias verò, cùm onera matrimonij fructus releuaturi ſunt, iam de ſuo maritus paciſcitur, vt E dimittat creditorem: & erit mera donatio. [t]

s *QVæris*. alias incipit. l. Paulus.
t *Donatio*. quæ non poteſt valere inter virum & vxorẽ, ideóq; inualida eſt: vt. ſ. eo. ſi conuenerit. &. ſ. titu. j. l. ſi pater. in fin. &. l. dotis. j. reſpon. ſed contra. j. eo. l. Bæbius. §. fi. aliàs. l. ſi inter. Sol. hîc data fuit dos antè nuptias: ſed poſt nuptias cõtractas fuit pactum factum donationis cauſa: ibi in ipſa datione dotis facta, contracto vel non cõtracto matrimonio, fuit pactũ initũ non donationis cauſa: imò eo modo fuit dos minor conſtituta.
u *CVm maritus. Dos*. vt. ſ. eo. l. ſi mulier.
x *Non eſſet*. vt ſupra eo. ſi mulier.
y *Admiſſo*. quòd eſt cùm eſt mulieri vtile.

A z *Faceret*. dolo, vel culpa. Accurſius.
a *Summoueri*. Scæuola non reſpondit quæſtioni propoſitæ hîc, ſicut aliàs plerumque facit: ſcilicet an videatur conceſſiſſe dotem: ſed reſpondet, quòd ex quo conſenſit matrimonio, videtur redintegrare dotem: vt argu. ſupra de iure do. l. dotem. & l. ſtipulatio. &. C. de nupt. l. ſi vt proponis. Accurſius.

XXIX. SCÆVOLA *libro ſecundo Reſponſorum.*

CVm maritus qui æſtimata prædia in dotem acceperat, manente matrimonio pactus eſt circunſcribendæ mulieris gratia, vt prædia inæſtimata eſſent, vt ſine periculo ſuo ea deteriora faceret: quæſitum eſt, an ſecun- B dùm priores dotales tabulas prædia æſtimata remanerent, & periculum eorum ad maritum pertineret. Reſpondi, non idcircò id pactum de quo quȩreretur, impediri, quòd in matrimonio factum eſſet, ſi deteriore loco dos [u] non eſſet: [x] nihilo minus eo pacto admiſſo, [y] ſi deteriora prædia faceret, [z] eo etiam nomine dotis eum actione teneri. Titius mulieris nomine dotem dedit: & ſtipulatus eſt in caſum mor- C tis, & diuortij. diuortio ſecuto, non repetita dote, Titius deceſſit. mulier ex voluntate heredis eius redintegrauit matrimonium. Quæſitum eſt, an ex ſtipulatu dotem petere poſſit. Reſpondi, heredem Titij, ſi conſenſiſſet vt ea quantitas quam ex ſtipulatu conſequi potuerat, reconciliato matrimonio dotis fieret: poſſe pacti exceptione ſummoueri. [a]

Mulier de dote quam dedit, pacta eſt, vt ſi in matrimonio deceſſiſſet, fratri eius redderetur: D íſque in eum caſum ſtipulatus eſt. mulier decedens [b] quaſdam res dotales marito legauit, & aliis: quoſdam ex ſeruis dotalibus manumiſit. [c] Quæſitum eſt an maritus earum nomine quas legauit mulier, & ſeruorum quos manumiſit, fratri tenetur. [d] Reſpondi, nihil proponi, cur non teneretur: cùm etiam heredes [e] defunctæ tam legatariis quàm libertatibus obnoxij ſint.

XXX. TRYPHONINVS. *libro decimo Diſputationum.* E

BÆbius Marcellus Bȩbio Maryllo dotis filiæ ſuæ nomine

b *Decedẽs*. duobus heredibus inſtitutis.
c *Manumiſit*. id eſt reliquit libertatem.
d *Mulier tenetur*. ſic ergo non eſt voluntas mutata. Et ſic eſt contra infra de dote prælega. l. Seia. in fin. j. reſpon. vbi dicit quòd ſiue mulier eſt paſſa animo donandi ſtipulari amicum, videtur donatio cauſa mortis, & ideò poteſt reuocari. ſiue non animo donãdi, & tunc reuocat vt vult. Solu. ſecundum Ot. ibi dicit poſſe commutare ſcilicet expreſſè: hîc verò non poſſe: ſcilicet tacitè. vel ibi eius voluit vti miniſterio dumtaxat in vno articulo: hîc autem voluit donare: in quo caſu ſubdiſtinguitur, voluerit donare cauſa mortis, vel inter viuos. ſi cauſa mortis, poterit mutare: vt ibi in alio articulo: alioquin minime: vt hîc & infra de lega. iij. l. cum quis. §. nuptura. &. C. de iure do. l. ij.
e *Etiam heredes*. quicumque illi ſunt, qui debent ſeruos ab ipſo fratre redimere, & manumittere, & pro rebus legatis æſtimationem præſtare ipſi marito, ſiue alij, legatario. Ro. & ideò non videtur voluntatem mutaſſe, quam primò habuit, vt fratri redderetur. & facit. ſ. titu. j. l. ſi mulier. §. fin. Accur.

*BÆbius*.] CASVS. Marcellus habuit filium, & filiam, quam nupſit Maryllo: & inſtrumento dotis centum promiſit: & fecit duo pacta in eodem inſtrumento. Primum, quòd hæc dos non peteretur, dõnec haberet filios. Secũdum, quòd ſi in matrimonio deceſſerit ſine filiis: filia dimidiam lucretur, & petat vir: & alia dimidia remaneat apud filium. poſt hoc deceſſit Marcellus inſtituto filio & filia æqualiter: ſed antè partem per fideicommiſ. reliquit filiæ dotem prædictam. Item ſimiliter accidit quòd Maryllus habuit filiam: & poſtea reiecit vxorem: quæ poſtea deceſſit fortè inſtituto fratre, & filia æqualiter. poſt hoc venit Maryllus cum inſtrumento dotis coram iudice, & agit contra filium Marcelli, qui habet de iure tres partes hereditatis Marcelli patris, ſcilicet dimidiam iure ſuo: & dimidiam dimidiæ ex ſororis iure: & petit ſibi totam dotem centum ex vi inſtrumenti dotis, ſcilicet ex ſecundo pacto, hoc modo: voluit

Nõ eſt hîc Bæbius Marcellinus, cuius meminit Dio. vt pluribus diſſerui li. 1. diſp.

UNED

Marcellus generum lucrari dimidiam nulla exiſtente prole.ergo multò magis totam aliqua prole exiſtente.ſecontra filius Marcelli excipit ex primo pacto, quo voluit Marcellus aliquid peti dum non haberet filios. ſed hæc nulla eſt, quia habuit: ideóque iterum reſpondet, quòd illud ſecundum pactum non habet locum. nam in eo caſu locum habet, ſi decederet in matrimonio: quòd hîc non fuit: & ſine filiis, quod ſimiliter hîc non fuit: & hac ratione fuit abſolutus. ſed adhuc in alio libello inſtat Maryllus: & dicit ſe heredem vxoris per mediam filiam inſtitutam à matre: vnde mediam hereditatẽ vxoris vult: de qua nõ dubium eſt quòd habere debet. vult etiam mediam dotem hac ratione, quia Marcellus per fideicõmiſſum prælegauit filiæ: & ſic media tranſit ad filiam ea ratione, quia in medietate ſuorum bonorum inſtituit mater filiam: & in hoc ius habuit Maryllus: nec per hoc perdit agens modò ex teſtamẽto, quod perdiderat primò agẽs ex inſtrumento dotis.

ADDITIO. Not. ex hac gl. ſecundùm Bal. hîc, ꝙ qui habet duo inſtrumenta, & petit vnũ exequi ex alio, ex quo non ſe fundauit: non poteſt in eadẽ inſtãtia obtinere:ſed alia inſtantia opus eſt.

† poſt verbũ diuerterat, videtur ex Græca metaphraſi quæ li. 28 βασιλ. extat, addẽdũ, pacto cum vxore interpoſito, ne ab ea peteret: vt ſit hoc vulgare pactum quod hac lege nominatur. qua de re latius diſputaui li. 1. diſp. ca. 5.

centena promiſerat, [a] & conuenerat inter eos, ne ea dos conſtante matrimonio peteretur: vel ſi poſt mortem patris in matrimonio ſine liberis filia [b] deceſſiſſet, vt dimidia dos apud Maryllũ remaneret, [c] dimidia fratri mulieris reſtitueretur: [d] eáque etiam in ſtipulationem deducta erant. mortuo [e] Marcello, filio [f] & filia [g] ſuperſtitibus, dote vniuerſa [h] filiæ prælegata, Maryllus nata filia diuerterat: † & mulier deceſſerat fratre ſuo & filia [i] ex partibus æquis heredibus relictis. Apud Petronium Magnum prætorem Maryllus ab herede filio Marcelli ex dotis promiſſione [k] vniuerſam dotem petebat illa coniectura, qua ſi inter [l] duos [m] placuiſſet, [n] nullo filiorum exſtante mortua muliere, partem dotis remanere apud maritum, magis conueniſſet [o] vtique totam eius eſſe dotem, ſi filium filiámve habuiſſet. [p] Ex diuerſo [q] reſpondebatur, pacti quidem vulgaris exceptionem [r] etiam heredi proficere:ſed in ſpecie quæ proponitur, non quaſi mulieris heres ex perſona defunctæ ſe exceptione pacti [ſ] tuebitur: [t] ſed ipſe erat ille, qui etiam viua muliere, ſi ab eo [u] dos peteretur, potuiſſet ea exceptione Maryllum, quia diuortium factum erat, ſummouere: eandémque defenſionem etiam poſt mortem ſororis ſuæ retinebat. Itaque [x] placuit eum ab ea petitione abſolui, [y] nulla ex hac ſententia [z] facta derogatione fideicommiſſi [a] petitioni, quam [b] iure hereditario per filiã [c] heres vxoris [d] Maryllus in parte dimidia [e] habebat.

a *Promiſerat*. nec tamen dederat aliquo tempore ipſe, vel alius: & ideò petebat eam maritus. Accurſius.

b *Filia*. inſtituta vel inſtituenda herede, cui ſpecialiter prouidere voluit: quod potuit: vt ſupra eo.l.auus.

c *Remaneret*. paſſiuè, id eſt ne maritus ab ea petat. Accurſius.

d *Reſtitueretur*. filio Marcelli.

e *Mortuo*. promiſſore dotis.

f *Filio*. cui pars dimidia dotis erat reſtituenda.

g *Filia*. vxore Marylli.

h *Dote vniuerſa*. id eſt vniuerſa quantitate, quæ nomine eius erat promiſſa. Accurſius.

i *Filia*. ex vxore ſua.

k *Promiſsione*. quam fecerat pater.

l *Quà ſi inter*. id eſt quia.

m *Duos*. inter ſocerum & generum.

n *Placuiſſet*. ſcilicet expreſſè. Ioan.

o *Conueniſſet*. tacitè.

p *Habuiſſet*. bona videtur Marylli allegatio: vt argu.C.de inſti. & ſubſtit.l.generaliter.§.cum autem.

q *Ex diuerſo*. hæc eſt friuola exceptio.

r *Exceptionem*. nam hoc ipſo quòd diuertit, videtur pactus ne petat dotem: & hoc dicit ſecundùm quoſdam. ſed certè imò quia fecit pactũ ne peteret conſtãte matrimonio dotem. hæc tamen allegatio non erat bona: quia hîc ſolutum erat matrimonium. vnde ſtatim ſe corrigit: ſed ipſe, &c.

ſ *Pacti*. nam in eum caſum tantùm vir aliquid lucratur, ſi filia decedat in matrimonio: quod hîc non fuit, de quo ſubiicit.

A t *Tuebitur*. ſcilicet filius Marcelli. nec etiam vt patris heres ex primo pacto.

u *Si ab eo*. vt ab herede promiſſoris.

x *Itaque*. nunc ſoluit prædicta.

y *Abſolui*. ideò quia caſus nõ extitit, in quẽ pact⁹ erat ſibi partẽ dimidiã dotis: quia nõ deceſſit ĩ matrimonio, & quia filiam habuit.

z *Sententia*. ex qua abſolutus eſt fili⁹ Marcelli.

a *Fideicommiſsi*. dotis prælegatæ. Ioan.

b *Quam*. ſcilicet petitionem fideicommiſſi.

c *Per filiam*. ex vxore natam. Accurſius.

d *Vxoris*. Marylli, quæ eſt mater ad illã filiam.

e *Dimidia*. ideò nõ in totũ, quoniã vxor Marylli etiã fratrẽ vnà cũ filia inſtituit: vt.ſ.eo.l. in.§.mortuo Marcello.

### XXXI. SCÆVOLA *libro tertio Quæſtionum.*

SI inter [f] virum & vxorẽ conuẽnit, vt extremi anni matrimonij fructus nondum percepti mulieris lucro fiant: huiuſmodi pactum valet. [g]

### XXXII. IAVOLENVS *libro ſexto ex Poſterioribus Labeonis.*

VXor viro fundum æſtimatum centum in dotem dederat: deinde cum viro pactum conuentum fecerat, vt diuortio facto eodem pretio vxori vir fundum reſtitueret. poſtea volente vxore, vir eum fundum ducentorum * vendiderat: & diuortium erat factũ. Labeo putat viro poteſtatem fieri debere, vtrum velit ducenta, vel fundum reddere: C neque ei pactum conuentum remitti [h] oportere. [i] Idcirco puto hoc Labeonem reſpondiſſe, quoniam voluntate mulieris fundus venit: alioquin omnimodo fundus erat reſtituendus. Si pater filiæ nomine certam pecuniã in dotem promiſerat, & pactus eſt ne inuitus eam ſolueret, nihil ab eo exigendum [k] puto: quia id quod pacto conuento ne inuitus exigeretur conuenerit, in dotis cauſam eſſe non videretur. [l] †

f *SI inter*. aliàs.§. Si aliàs lex.

g *Valet*. quia collatũ pactũ fuit donatiõis in eũ caſum in quo valere potuit: vt.ĵ. titu.ij.l. ſi eum.§.fi. & .l. ſequẽ. vel melius conuenit hîc in ipſa dotis cõſtitutione non donationis cauſa: vt.ſ.eo.ſi cõuenerit. alioquin contra: vt.ſ.eo.l.ſi liberis. §.fi. quæ eſt cõtra. aliàs incipit.l.quæris.

VXor viro.] CASVS in hac.l. eſt planus vſq; ad.§.ſi pater. [SI PATER.] Pater nomine filiæ.c.in dotẽ promiſit. deinde vir fecit pactum de non petendo patri. tamen diuortium factũ eſt: nũc pater vel filia dotẽ repetere vult, quaſi videatur maritus eã habuiſſe, cũ pacto remiſerint, cùm data non ſit. quæritur an poſſint. Et reſpon. quòd non. Viu.

h *Remitti*. pactum cõuentum, quod fuit dictum.

i *Oportere*. prorſus. remittitur enim in aliquo: quia nunc eſt mariti electio: ſed prius tantùm fundũ centum valentem reddere debebat: & hoc ſubiicit. Accurſius.

k *Exigendum*. id eſt nihil ipſe exiget. Ioan. ex quo nihil ſoluit. & facit ſupra titu.j. Iulianus.

E l *Videretur*. vt tantam pecuniam repetat, quanta in pactum deuenit. videbatur enim maritus habuiſſe id, de quo non petendo pepigit. Accurſius.

* Ducentorũ dixit, pro ducẽtis. more Græcorũ qui pretii nomẽ in genitiuo ponunt, vt ὠνήσατο ἀγρὸν διακοσίων δραχμῶν.

† l. hoc ipſo minor dos videtur conſtituta. l. 28. ſ. eo. l. 20. & 7. ſ. tit. prox.

* Ineſtimato. nam æſtimatus non eſt dotalis niſi in caſu &c. Sic ſingo. l. Iuliæ verba, Fũdũ vel prædiũ dotale italicum vir inuita aut non conſentiẽte muliere, ne alienato, ac ne conſẽtiẽte quidẽ ea obligato. Hæc erat pars.l. Iuliæ de adulter. ſi Paulo credimus lib. 2. ſen. ti. de dot. item Senecæ. Suet. Caſſiod.

D

## DE FVNDO* dotali. [m]

## TITVLVS V.

Prohibitio alienationis facta à l. non habet locum in alienatione neceſſaria. hoc dicit. Bartolus.

### I. PAVLVS *libro trigenſimoſexto ad Edictum.*

## DE FVNDO DOTALI.

*Id eſt de eo quod in dotem datur.*

*Hic titulus eſt de legis Iuliæ capite illo, quo marito interdicitur alienatione fundi dotalis. At, de fundo. Sed eodẽ iure vtimur in ædibus. Et de fundo vtiq; inæſtimato. nã æſtimati alienatio interdicta nõ eſt. qua de cauſa in hoc titulo Græci dicunt ſemper,* προικῷον ἀγρόν. *Cuiacius.*

m Dotali. *non ſolum ſuperiora pacta expreſſa fiunt in dote: ſed & quædam tacita, ſcilicet vt non alienetur fundus dotalis: & ideò de hoc ſubiicit: & eſt alienatio, &c. vt.C.eo.l.j. item fundus dotalis eſt, qui eſt inæſtimatè datus: vt.C.de rei vxo.actio.§.& cum lex. Accurſius.*

INterdum.] CASVS. Lex Iulia prohibuit alienari fundum dotalem: ſed hæc prohibitio fallit in duobus caſibus, qui hîc dicuntur. Viuianus.

Ceſſat.

a *Ceſſat.* verbi gratia.
b *Dominus.* ſtatim ſi maritus erat dominus: alioquin fit quaſi dominus, præſcriptione: vt infra de dam.infec.l.prætoris.
c *Voluntaria.* ſic & aliàs permittitur quid ex neceſſitate, non ex voluntate: vt infra de rebus eo.l.iij.§.j.&.ij.Accurſius.

A

p *Fundo.* id eſt prædio ruſtico, ſiue villa: vt infra de verb.ſignifi. l.locus.ſed infra.l. proxi.loquitur in vrbano, vt differat ab iſta. atalia quæ ſequitur, ſi maritus. in fin. loquitur quando mariti prędium ſeruiebat prędio mulieris, quod dedit poſtea in dotem. Accurſius.

INterdum lex Iulia de fundo dotali ceſſat, [a] ſi ob id quòd maritus damni infecti non cauebat, miſſus ſit vicinus in poſſeſſionem dotalis prædij, deinde iuſſus ſit poſſidere. hic enim dominus [b] vicinus fit, quia hæc alienatio non eſt voluntaria. [c] B Sed & per vniuerſitatem [d] tranſit prædium, ſecundùm quod poſſibile eſt, ad alterum, veluti ad heredem [e] mariti, cum ſuo tamen iure, vt alienari non poſſit.

II. VLPIANVS *libro quinto de Adulteriis.*

SI maritus fuerit in ſeruitutem [f] redactus, an dominus alienare hunc fundum non poſſit? quod puto eſſe verius. [g] Quare & ſi ad fiſcum peruenerit, [h] nihilo minus venditio fundi impeditur, quamuis fiſcus ſemper idoneus ſucceſſor ſit, & ſoluendo. [i] C

III. PAVLVS *libro trigenſimoſexto ad Edictum.*

FVndus dotali ſeruo [k] legatus, ad legem Iuliam pertinet, quaſi dotalis. Totiens autem non poteſt alienari fundus, quotiens mulieri actio de dote competit, [l] aut omnimodo [m] competitura eſt.

IIII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

LEx Iulia, † quæ de dotali prædio proſpexit, ne id marito liceat obligare, aut alienare, plenius interpretanda [n] eſt, vt etiam de ſponſo idem iuris ſit, quod de marito. D

V. VLPIANVS *libro ſecundo de omnibus Tribunalibus.*

IVlianus [o] libro ſextodecimo Digeſtorum ſcripſit, neque ſeruitutes fundo [p] debitas poſſe maritum amittere, [q] neque ei alias [r] imponere.

VI. IDEM *libro quinto de Adulteriis.*

E SEd nec libertas ſeruitutis vrbano prædio dotali debitæ competit: [ſ] ne per hoc deterior conditio prædij fiat.

VII. IVLIANVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

SI maritus fundum Titij ſeruientem dotali prędio acquiſierit, [t] ſeruitus confunditur. ſed ſi eundem [u] Titio reddiderit ſine reſtauratione ſeruitutis, hoc marito imputabitur: & hoc caſu maritus litis ęſtimationem pręſtabit. [x] Quòd ſi maritus ſoluendo non erit: vtiles actiones aduerſus Titium mulieri ad reſtaurandam ſeruitutem dantur. [y] Sed cùm vxor fundum cui prædia viri ſeruitutem debebant, in dotem dat, fundus [z] ad maritum peruenit amiſſa ſeruitute: & ideò nō poteſt videri per maritum ius fundi deterius factum. [a] Quid ergo eſt? Officio de dote iudicantis continebitur, vt redintegrata ſeruitute iubeat fundum mulieri vel heredi eius reddi. [b]

VIII. ALFENVS *libro tertio Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.*

VIr in fundo [c] dotali vxoris rogatu oliuetum ſuccideràt: hoc (vt) nouellum reponeret: poſtea vir mortuus erat, & vxori dotem relegauerat. Ligna quę ex oliueto exciſa eſſent, oportere mulieri reddi reſpondit.

IX. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

SI marito debitori fundi, [d] id quod debet, doti mulier promiſerit: dotalem fundum effici. Quod ſi ei promittat [e] qui fundum aut decem debuit, in arbitrio eſſe mariti [f] quod in dote ſit. Quòd ſi Stichum aut fundum debuit maritus, & quod debet, doti ei promiſſum ſit: Sticho mortuo fundum in dotem [g] eſſe. His conſequens eſſe ait, vt ſi Cornelianum aut Sempronianum fundum debenti, id quod debet, doti promiſſum ſit: vtrum eorum dotalem eſſe malit: planè vtrum velit alienaturum: alterum alienari non poſſe. ſi tamen alienum * rurſus redimat: adhuc in eius poteſtate eſt, an eum quem retinuiſſet, alienari † velit.

X. PAVLVS *libro quinto Quæſtionum.*

ERit ergo poteſtas legis ambulatoria: [h] * quia dotalis [i] fuit obligatio. [k] Numquid ergo etiam illo nondum redempto, [l] alterum quoque alienare poſſit, quia poteſt alterum redimere? an hoc non debet recipi, vt nullus in dote ſit? Certè ex poſt facto videbitur rectè alienatus, illo poſtea redempto.

Fundi dotalis alienatio in certis caſibus toleratur.

d *Per vniuerſitatē.* quædam enim, &c. vt hîc, & infra de acquirē. re. do.l.quædam.& de legat.ij. l. peto. §. fratre. & infra de verbo.obli. l.ſi ita quis pro.§.ea lege. duobus ergo caſibus permittitur alienatio: vt patet in hac.l. & eſt tertius, vt ſi prouocatur à ſocio: vt ſupra communi diui.l. ſed & ſi.& ſupra de iure do.l.cùm in fundo. §.pe. & facit ad primū reſponſum ſupra titu. ij.l. cum in fundo. §. ſi fundus.
e *Ad heredem.* idem in legatis fortè: vt ſupra de ali.iudi.mu.cau. fact.l.ex hoc.§. ſed heredem.
f SI *maritus.* *In ſeruitutem.* priuati hominis.
g *Verius.* licèt matrimonium deſinat: vt infra eo.l.etiam.in prin.
h *Peruenerit.* marito ſeruo pœnæ facto.
i *Soluendo.* & quia eſt idoneus, immunis eſt à ſatiſdatione: vt infra ſi cui pluſquā per.l. Falc. l.niſi.§.item.& infra vt lega. no. ca. l.j. §. ſi ad fiſcum.
k F*Vndus.* *Seruo.* dato in dotem, ita quòd teſtator nolit ad maritum pertinere: vt ſupra de iur. do.l.ſi legato.
l *Competit.* quod euenit ſolu.ma.Accur.
m *Omnimodo.* vt efficaciter poſſit petere: ſaltem in aliquo caſu. Io. Vel dic ſecundū Azo. ſcilicet ab initio: licèt deſinat competere ex cauſa: vt. C. de diuor. & re.l.conſenſu.§. hęc niſi.

† In hanc legem Iuliam vide Alexād. ab Alexā.lib.4.Ge.dier.cap.8.& ibidem multa de iure dotium.

L *Ex Iulia.*] CASVS. Maritus per verba de præſenti non poteſt alienare fundum dotalem: neque ſponſus per verba de futuro. ſed ſi ei datus eſt fundus nomine dotis futuræ: poteſt alienare. Viuianus.
n *Interpretanda.* paſſiuè.facit. C.de bo. quæ li. l. non ſine. eſt enim hic fundus quaſi dotalis per deſtinationem: ſicut & aliàs per reuerſionis ſpem: vt infra de iure do.l. ſi is qui. in fin.Accurſius.
o I*Vlianus.* aliàs lex, & aliàs.§.Accurſius.

q *Amittere.* id eſt remittere per pactum.
r *Alias.* ſeruitutes.
ſ S*Ed nec.* *Competit.* ex remiſſione, quæ fuit cōſtante matrimonio. Accurſius.
t S*I maritus.* *Adquiſierit.* emendo.
u *Eundem.* fundū dominantem.Accur.
x *Præſtabit.* iudicio de dote conuentus ſolu. mat.Accurſius.
y *Dantur.* ſic & aliàs ſupra de eo per quem fac.erit.l.fin.in prin.
z *Fundus.* dominans.
a *Factum.* cum ipſa peruentione perdatur ſeruitus, nō poſtquam peruenit.
b *Reddi.* vt ſupra de iu.do.l. cùm in fundo. in fin.j.reſpn.
c V*Ir in fundo.* Vel quia hoc voluit teſtator: vel quia mulieris impenſa vetus oliuetū erat ſucciſum, & nouum repoſitum. aliàs legata dotis non continerentur: ſicut nec vſuræ: vt.j.de dona.inter vi.& vxo.l. vir vſuras.Accurſius.
S*I marito.*] CASVS. Sed dicit hæc lex de plano: & duæ ſequentes continuantur cum iſta.Viuianus.
d *Fundi.* ſui proprij viri tempore promiſſionis factæ pro dote: alioquin ſecus eſt: vt.ſ. de iure do. l. ſponſalibus. §. ſi mulier. &. j. eo.tit.l. ſi nuptura.§. ſi fundum. & infra eo. l. dotale.§.dotale.Azo.
e *Promittat.* ſcilicet doti eſſe quod debet. Azo.
f *Mariti.* quia & prius erat in ſuo arbitrio, qd ſolueret: vt.ſ.de iure do.l.plerunq;.in fi.Ac.
g *In dotem.* quia iſte remanſit in obligatione: vt.ſ.de cōtrahen.emp. l.ſi in emptione.§.pe.
h E*Rit.* *Ambulatoria.* ſicut & defuncti: vt infra titu.j.l. cum hic ſtatus.§. oratio.in fin. Accurſius.
i *Dotalis.* i. fundus in dotē, ſub alternatione.
k *Obligatio.* ſcilicet ambulatoria.Accur.
l *Redempto.* interim ergo nō tenet alienatio: quia īfirmatur poſtea: vt hîc ſubiicit. ſic & aliàs in authen.de nō alie.§. hoc autem proſpeximus.coll.ij.& infra de ſol.l.qui res.in fin.j.reſpon.

* i. alienatū.
† alienare.
* id eſt in pendenti & ſuſpenſa, ſic ſuprema voluntas dicitur ambulatoria.

UNED

xi. Africanvs *libro octauo Quæſtionum.*

QVòd ſi fundus in dotem æſtimatus datus ſit, vt electio eſſet mulieris: negauit alienari fundum poſſe.[a] quòd ſi arbitrio mariti ſit, contra eſſe.

xii. Papinianvs *libro primo de Adulteriis.*

ETiamſi dirempto matrimonio,[b] dotale prædium eſſe intellegitur. Soceri † volũtas in diſtrahendo dotali prędio nulla eſt.

xiii. Vlpianvs *libro quinto de Adulteriis.*

DOtale prędium accipere debemus tam vrbanũ [c] quàm ruſticum. [d] ad omne enim ædificium lex Iulia pertinebit. Prædij appellatione etiam pars continetur. [e] Proinde ſiue totum prædiũ in dotem ſit datum, ſiue pars prædij: alienari non poterit. & hoc iure vtimur. Dotale prædium ſic accipimus, cum dominium [f] marito quæſitum eſt: vt tunc demum alienatio prohibeatur. Heredi quoque mulieris idem auxilium præſtabitur, quod mulieri præſtabatur.[g] Si vxore herede inſtituta [h] fundus dotalis fuerit legatus,[i] ſi quidẽ deductis legatis mulier quantitatem dotis in hereditatem habitura eſt: valet legatũ. ſin minus, an non valeat quęritur. Scæuola,[k] & ſi non totus,[l] ſed aliqua pars ex eo vindicari [m] poſſit, ſi modò aliqua pars ad dotem ſupplendam deſit, id dumtaxat ex eo remanere [n] apud mulierem ait, quod quantitati [o] dotis deeſt.

xiiii. Pavlvs *libro tertio de Adulteriis.*

SI nuptura Titio, volũtate eius fundum dotis nomine Mæuio tradit: dos eius conditionis erit, cuius eſſet ſi ipſi Titio fundum tradidiſſet.[p] Si mulieris nomine quis fundũ in dotem dederit: dotalis fundus erit. propter vxorem [q] enim videtur is fundus ad maritum perueniſſe. Si fundum B alienum mulieri debeat maritus, cúmque mulier ei dotis nomine promiſerit, in pendenti erit: & tũc fiet dotalis, cum ad eum peruenerit.[r] Si fundum legatum ſibi dotis cauſa mulier repudiauerit, vel etiam ſubſtituto viro omiſerit hereditatẽ vel legatum, erit fundus dotalis.[ſ]

xv. Papinianvs *libro tertio Reſponſorum.*

DOtale [t] prædium, cuius vir poſſeſſionem retinuit,[u] poſt C literas ad vxorem emiſſas, quibus dotis non fore prædiũ declarauit, in matrimonio defuncta muliere virũ retinere placuit: quia mulier actionem ex pacto [x] non habuit.

Quæ prohibentur alienari, & præſcribi prohibentur: & cauſa alienationis interueniens præſcriptionem iam cœptam non interrumpit. Bartolus.

xvi. Tryphoninvs. *libro vndecimo Diſputationum.*

SI fundũ quem Titius poſſidebat bona fide, & longi tẽporis D poſſeſſione poterat ſibi quærere, mulier vt ſuum marito dedit * in dotẽ, eúmq; petere neglexerit vir, cùm id facere poſſet: rẽ periculi [y] ſui fecit. Nam licet lex Iulia quæ vetat fundum dotalem alienari,

a QVod ſi fundus. *Poſſe.* vt. C. de fun. dota. l. j. cùm poſſit eligere mulier quod vult: vt. ſ. de iu. do. l. plerunq;. in fi. Acc.

ETiam.] casvs. Maritus qui fundum habebat in dotem, factus eſt ſeruus hominis, licèt matrimonium finiatur ſeruitute ſuperueniente, tamen adhuc prohibetur alienatio fundi. Viu.

b *Dirempto matrimonio.* pone exemplum: vt. ſ. eod. l. ſi maritus fuerit. in prin. ſed ſi eſt dotale ſol. mat. vt hîc dicit, ergo adhuc non debet vſucapi: vt. j. eo. ſi fundũ. Sed cõtra. C. de iure do. l. in rebus. §. omnis. Sol. ſpeciale eſt, vt ſol. mat. vſucapiatur contra mulierem: quia & aliud pro ea inducitur ſpeciale, vt eo conſtãte poſſit vindicare: vt ibidem dicitur. Vel ibi in rebus æſtimatis, quas vindicat mulier, cũ maritus non ſit ſoluẽdo: quę cùm nõ ſint dotales, vſucapiũtur. hîc autem nõ ſunt æſtimatę. Vel nõ eſt cõtra, ſi ponas caſum vt diximus.

l. 1. C eod. & l. vlt. ſ. tit. prox.

† Sed mulieris olim, hodie non.

c DOtale prædium. *Vrbanum.* id eſt quod in vrbe eſt.

d *Ruſtic.* ſcilicet quod eſt in villa ruribus circundatũ, licèt ſit ædificium, vt hîc ſubiicit, ad omne, &c. ſed in propria ſignificatione vrbanũ dicitur illud ædificium: vt. j. de verbo. ſign. l. vrbana prædia.

e *Continetur.* vt. j. de lega. j. l. planè. §. fin. & facit ſupra de tranſact. l. cùm hi. §. arbitratu.

f *Cùm dominium.* aut in cauſa eſt vſucapionis. nã qui poteſt vſucapere de iure prætorio, loco domini eſt: vt inſtit. de ac. §. aliæ autem ſunt. Accurſius.

g *Præſtabatur.* licèt aliàs priuilegium dotis heredi non detur: vt. C. de priu. dot. l. j. Sed quid ſi matrimonium nullum fuit, putabatur tamen ab vtraque parte cõtrahentium? Reſpon. idem videtur, argu. infra ſol. mat. l. ſi cum dotem. §. fin. [Additio.] Iſtud videtur verum argu. eius quod not. in. l. ſi cùm dotem. §. fin. j. ſol. mat. & l. ij. in fin. de priuil. cedito. & C. qui po. in pigno. ha. l. aſſiduis. ſecundùm Bald. hîc.

h *Si vxore herede inſtituta.* à marito. Accurſius.

i *Legatus.* cuidam etiam extraneo.

k *Scæuola.* Vulgata lectio, *Scæuola reſpondit non valere.* (indiſtinctè. ſed Vlpianus ſtatim diſtinguit) *ſed ſi totus fundus ex hereditate retineri poßit, ſolidũ legatum deberi.* Porrò hîc in textu Piſana eſt lectio.

l *Totus.* fundus dicitur totus poſſe retineri, quando ſoluto legato tantum remanet in hereditate, quantum fundus valet: vel ſoluta æſtimatione fundi legati totus fundus remanet. Accur.

m *Vindicari.* de hereditate, ſi modò aliqua pars, &c. vt ſubiicit.

n *Remanere.* vt non valeat legatum. Item intellige hoc præter quartam, quam retinet: vt inſtit. ad. l. Falc. §. cum autem. Item intellige quando mulier vult eſſe heres: non aliàs, ſicut in accipiendo legatum & relictum pro fundo dotali: vt. j. de le. ij. cum pater. §. qui dotalem. Accurſius.

o *Quantitati.* etſi hæc mulier hereditatẽ adierit, non tamen ſibi præiudicat ad ſolidum legatum præſtandũ, quaſi non teneat relictũ eius rei quæ alienari non poteſt. Sed ar. cõtra. j. de le. ij. d. l. cùm pater. §. qui dotalem. vbi ſi accepit legatũ qualequale mu- A lier, præiudicat ſibi. Sed ibi conſtabat quòd tantum erat legatũ, quantũ erat dos. vel ibi in legato, hîc in hereditate. prima verior.

p SI nuptura. *Tradidiſſet.* hoc ſi maritus alij iuſſit tradi, in quem voluit trãsferri dominiũ: vt. ſ. de iure do. l. etiã ſi alij. Quid ergo ſi ideò iuſſit tradi, vt accipiẽti quæratur dominiũ? Reſpon. delegatione facta duo actus interuenire intelligũtur. vnus in perſona mariti, alius in perſona extranei: q eſt inutilis: quia fundus dotalis nõ poteſt alienari.

q *Propter vxorem.* ſi ei competit, vel competitura eſt actio: vt. ſ. eo. l. fundus.

r *Peruenerit.* vt. ſ. eo. l. proxi. §. dotale.

ſ *Dotalis.* Sed contra videtur ſupra de iu. do. l. j. §. j. Sol. vt ibi.

t DOtale. prædeſtinatione ſpõſę. Et dic caſum, ꝙ antè nuptias ſponſo marito futuro epiſtolã miſit, in qua ſignificabat ſe fundũ in dotẽ dare: maritus verò recuſans eum habere in dotẽ, & volẽs eum habere ex donatione, epiſtolã vxori ſuæ miſit, in qua petiit vt vxor eũ ſibi donaret ꝓpter nuptias. cui mulier fragilis ſexus cõſenſit: ideóq; propter pactũ ſuũ actionẽ de dote ſua nõ habuit. Acc.

Caſum ponit.

u *Retinuit.* poſtquam mulier ſibi donauit.

x *Ex pacto.* id eſt propter pactum. Azo.

SI fundum.] casvs. Mulier nocte quadã induxit virũ in poſſeſſionẽ ſui fundi: quẽ tamen alius poſſidebat emptũ. c. à nõ domino, & præſcribebat. neglexit vir vindicare: ita ꝙ cõpleta eſt præſcriptio à poſſidẽte. quęrit vtrũ ſit in periculo? Et dicit ꝙ ſic. Secũdò opponit aliquis quòd non præſcribitur: & ſic alienatur fundus dotalis. Sed reſpõ. licèt Iulia. prohibet ſi de nouo inciperet præſcriptio: non tamen prohibet antea inchoatã. Tertiò excipit caſum à prima generalitate: ſcilicet ſi pauci dies ſupererant ad complendam præſcriptionẽ, quòd non imputetur viro.

* i. deſtinauit. & dixit ſe dare, non tamẽ tradidit. nã ſi traditus fuiſſet, factus fuiſſet dotalis, & ideò vſucapi nõ potuiſſet, vt rectè Græc.

y *Periculi.* quia vxori eius æſtimationem reddidit. nec enim hoc ſolum diſpendium ſentit, quia mulierem habet indotatam: quia & hoc eſt etiam ſi pauciſſimi dies ſupererãt: vt in fin. huius legis. E Sed quomodo fuit dotalis, cùm dominiũ non peruenerit ad maritum: vt. ſ. eo. l. dotale. §. dotale? Reſpon. Io. quia vxor induxit virũ in fundũ: & ita adeptus eſt dominiũ ſine poſſeſſione. aliud eſt enim in fundũ induci: aliud eſt poſſeſſionem dari. poteſt ergo ſecundùm Io. dominiũ ſine poſ. quæri. ſic & in legato & fideicõ. & qualibet alia vltima voluntate: vt inſti. de leg. §. ij. Item in donatione: vt. C. de dona. quæ ſub modo. l. j. & in lege cõmiſſoria: vt. C. de pact. inter empt. & vend. l. commiſſoriæ. &. j. de acquir. poſ. l. j. §. ſed & per eum. & idem in libero homine qui alicui bo. fid. ſeruit. nam ſibi poſſeſſionẽ, cum ab illo poſſideatur, quærere non poteſt: dominiũ verò extra duas cauſas rectè quærit: vt. j. de acquir. re. do. l. homo liber. in fi. ſic &. j. tit. j. ſi vxor filio. Arg. cõtra. C. de diſtra. pig. l. qui prædiũ. & C. de proba. l. cum res. Et de hac materia dixi. ſ. de rei vin. l. ſi ager. Sed quidã alij dicunt quòd dominiũ ſine poſſeſſione non poteſt quæri, etiam ſi inducatur in fundũ: & ideò dicunt hîc fuiſſe ceſſam rei vindicationẽ: quod litera

tera

tera nõ patitur. nam tũc fundus nõ eſt dotalis: ar. ſ. de iu. do. l. ſi ſpõſalibus. §. fi. & præterea quomodo audẽt ipſi aperta frõte negare dominiũ ſine poſ. quæri, cũ & ipſi cõfiteãtur quemlibet intrantẽ habere poſ. naturalẽ: clãdeſtinam nullo modo? Sed nõ recordãtur eorũ quæ dicũtur. j. de vſucap. l. cũ vir prędium. vbi in duobus caſibus dominiũ ſine poſ. quæritur. Itẽ pro nobis infra rẽ ra. ha. l. ſi indebitam.

Dominium quandoque ſine poſſeſſione quæritur.

pertineat etiam ad huiuſmodi [a] adquiſitionem: non tamen interpellat eam poſſeſſionẽ quæ per lõgum tempus fit, ſi antequã conſtitueretur dotalis fundus, iam cœperat. [b] Planè ſi pauciſſimi dies ad perficiendam longi temporis poſſeſſionẽ ſuperfuerũt: nihil erit quod imputabitur marito. [c]

XVII. MARCIANVS *libro ſeptimo Digeſtorum*

FVndum dotalem maritus vẽdidit, & tradidit. Si in matrimonio mulier deceſſerit, & dos lucro mariti ceſſit: fundus emptori auelli non poteſt. [d]

XVIII. IAVOLENVS *libro ſexto ex Poſterioribus Labeonis.*

VIr in fũdo dotali lapidicinas marmoreas aperuerat. diuortio facto quæritur, marmor quod cęſum, neq; exportatũ eſſet, cuius eſſet: & impẽſam in lapidicinas factam mulier, an vir præſtare deberet. Labeo marmor viri eſſe ait: cæterũ viro negat quicquã præſtandũ eſſe à muliere: quia nec neceſſaria ea impẽſa eſſet, & fundus deterior eſſet factus. [e] Ego nõ tãtùm neceſſarias, ſed etiã vtiles impenſas præſtãdas à muliere exiſtimo: [f] nec puto fundũ deteriorem eſſe, ſi tales ſunt lapidicinę, in quibus lapis creſcere poſſit. Si per mulierẽ [g] mora fieret quò minus æſtimationẽ partis fundi viro ſolueret, & fundũ reciperet, cũ hoc pactũ erat: fructus interim perceptos ad virũ pertinere ait Labeo. puto potius pro portione fructus virũ habiturum, reliquos mulieri reſtituturum. [h] quo iure vtimur.

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber viceſimuſquartus, ſingulariũ liber quintus.

## DE DONATIONIBVS inter virum & vxorem.

## TITVLVS I.

Donatio inter virum & vxorem eſt prohibita rationibus hîc inſertis. hoc dicit vſque ad legem, hæc ratio. §. videamus. Baldus.

a *Ad huiuſmodi*. quæ fit per vſucapionem ea incipiẽte poſtea: ſecus ſi prius erat cœpta: vt hîc ſubiicit.

b *Cœperat*. imò videtur ꝙ ſic. nã cũ lex inhibeat vſucapionẽ, nihil proficit bona fides: vt. j. de vſucapio. l. vbi lex. quę eſt cõtra. Solu. nõ prodeſt ad inchoãdã, vt ibi: ſed ꝓdeſt ad perficiendã, vt hîc: arg. j. de vſuc. l. rerũ mixtura. §. Labeo ait ſi homo. &. ſ. famil. erciſc. l. ſed & ſi vſucapio. Acc.

c *Marito*. Pone virum agere, & ſuccũbere: an aget de euictione? Videtur ꝙ ſic, ſecundùm diſtinctionẽ. C. de iure do. l. j. & hoc innuit.

d *FVndum. Non poteſt.* ſic infra de vſuc. l. cùm vir. Accur.

*VIr in fundo.* ] CASVS. Mulier dedit fundum in dotẽ, in quo fecit vir expenſas c. vt inueniret lapidicinas. inuenit, & aliquos lapides euulſit, & dicit lapides viri eſſe. ſed de expẽſis an vir ab vxore recuperet? Quidã dicit ꝙ non. Alij diſtinguunt, vt ſi fundus nõ eſt deterior, quia lapides renaſcantur, reſtituendæ ſint viro: alioquin non. [SI PER MVLIEREM.] Dic vt j. in glo. Ac. Viuia.

e *Factus*. quoad lapidicinas, nõ quoad fructus alios: vt. j. ſol. ma. l. diuortio. §. ſi vir. quæ eſt cõtra. niſi ibi renaſcantur: vt hîc ſubiicit, &. d. §. ſi vir.

f *Exiſtimo*. actione mandati, ſi voluit mulier. aliàs ſi vtiliter res geſta eſt, agetur nego. geſt. vt C. de rei vxor. act. l. rẽ in præſenti. §. ſed nec ob impenſas.

Caſum ponit.

g *Si per mulierem*. Pone caſum: Fundũ mulier dedit in dotẽ, in cuius parte, puta vinea tãtũ eſt impẽſum, quãti ipſa pars fundi eſt. ſi ſoluto matrimo. faciat morã in reddẽda æſtimatione fundi. i. expẽſas factas: ait Labeo maritũ lucrari fruct⁹ qui ex toto agro percipiũtur: qđ falſum eſt. illi enim tãtũ ad eũ pertinẽt, qui ex ea parte percipiuntur. Nec ob. quod. ſ. dicitur de iure dot. l. ſi is qui. §. quod dicitur. nã ſi in partẽ nõ impẽdatur quãti eſt pars, nõ deſinit eſſe dotalis: vt ibi. alioquin cõtra: vt hîc. Vel veri⁹, retẽto hoc caſu nõ oportet te dicere ꝙ pro aliqua parte deſierit eſſe donãtis. Vel pone ſecũdũ Mar. cũ pars eſt in dotẽ data, & pars alia marito eſt adiudicata: vt. ſ. de pac. do. l. cũ in fundo. §. ſed ſi fundus. Sed quare dicit, cũ hoc pactũ erat? Reſp. ſubaudiẽdum eſt, maximè. Ponitur etiã tertio modo: Mulier pepigit vt ſolu. ma. marito reddat fundum accepta partis æſtimatione quam non præſtat: vnde maritus eius partis lucrifacit fructus. vltima planior eſt.

h *Reſtituturum*. hoc ergo caſu reſtituatur impenſa.

DE DONATIO. INTER VIR. ET VXO.

I. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Sabinum.*

MOribus [i] apud nos receptũ eſt, ne inter virũ & vxorẽ donationes † valerent. Hoc autem receptum eſt, ne mutuato *amore inuicem ſpoliarentur, [k] donationibus non temperantes, ſed † profuſa erga ſe facilitate. [l]

II. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

NEc eſſet eis ſtudiũ liberos potius educẽdi. Sext⁹ Cæcilius & illã cauſam adiiciebat, quia ſæpe futurũ eſſet, vt diſcuterentur [m] matrimonia, ſi non donaret is qui poſſet: atq; ea ratione euẽturũ, vt venalicia [n] *eſſent matrimonia.

III. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Sabinum.*

HÆc ratio † & oratione Imperatoris noſtri Antonini Auguſti electa eſt. nã ita ait: Maiores noſtri inter virũ & vxorẽ donationes prohibuerunt: amorem honeſtum ſolis animis [o] æſtimantes, famæ etiam cõiunctorum cõſulentes: ne concordia pretio cõciliari [p] *videretur † néve melior in paupertatem incideret, deterior [q] ditior fieret.

Vbi matrimoniũ tenet, ibi donatio eſt interdicta: ſecus vbi nõ tenet: quia de iuris rigore valet donatio, ſec⁹ de æquitate. cõcubinæ tamẽ facta donatio valet. Baldus.

Videamus inter quos ſint prohibitę donationes. Et quidẽ ſi matrimoniũ moribus legibúſq; noſtris cõſtat: donatio non valebit. [r] ſed ſi aliquod impedimẽtũ interueniat, ne ſit omnino matrimoniũ: donatio valebit. Ergo ſi ſenatoris [ſ] filia libertino contra ſenatuſcõſultũ [t] nupſerit, vel prouincialis mulier ei qui ibi meret, [u] * contra mandata, valebit donatio: quia nuptiæ non ſunt. [x] ſed fas nõ

*Facit matrimonium vt non alienetur fundus dotalis, vt. ſ. titu. proxi. facit etiam vt donationes inter coniuges non valeant. & de hoc dicit. Accurſius.*

*Interdictæ alienationi fundi dotalis adiũgit interdictam donationem non mortis cauſa inter maritos. quod ius eſt ex Solonis legibus, & vt arbitror ex XII. vt pleraque alia quæ in his libris moribus tribuũtur quod ab initio moribus introducta ſint, veluti patria poteſtas. & interdicta prodigo bonorum adminiſtratio. Sed & doti, quam veteres inter donationes connumerabant. l. vlt. C. de donat. antè nup. rectè adiũgit ſimplices donationes, quæ vel conceſſæ inter coniuges ſunt vel prohibitæ, & quæ prohibitæ minuunt dotem. Cuiacius.*

MOribus. CASVS. Prohibetur donatio fieri inter coniuges, & reddit tres rationes hac. l. & ſequẽtibus duabus. Vi.

i *Moribus*. id eſt iure ciuili, quod morib⁹ eſt receptũ: vt inſtitut. de iure natura. §. & non ineleganter.

k *Spoliarentur*. vt Co. de do. ante nup. l. cùm multæ. §. ſancimus. ibi, ſimplices enim &c.

l *Facilitate*. ſ. abutentes. aliàs vtentes.

m *NEc eſſet. Diſcuterentur*. id eſt ſepararentur. Accur.

n *Venalicia*. quod eſſe non debet: vt Co. de inuti. ſtipula. l. ij.

o *HAec ratio. Animis*. No. honeſtus amor pendet ex animo, nõ ex lucro: ſicut dicitur, ad cor reſpicit Deus. & facit ad hoc. j. de verb. obli. ſi ſtipulatus. in fi.

p *Conciliari*. id eſt reformari.

q *Deterior*. quod eſſet abſurdũ: vt. j. quod vi aut clam. l. Seruius. Ac. aliud eſt: vt ſtatim dicetur.

r *Valebit*. de ſtricto iure, ſed de æquitate

ſ *Senatoris*. hoc olim, ſecundùm quoſdam.

t *Senatuſcõ*. quod hodie nõ ꝓhibetur: vt in auth. vt lib. decæt. §. ſi quis. col. vj. ſed certè ꝙ ſenator poſſit ducere libertam, cauetur in iure authen. ſed non quòd filia ſenatoris nubat liberto.

u *Meret*. aliàs manet: & aliàs, maneret: & ſubaudi, & habet iuriſdictionem. ADDITIO. Pandect. Florent. habent, meret. Eſt autem emere verbum militare, quod ſtipendia facere & accipere dixit Suetonius.

x *Non ſunt*. Nec primo, nec ſecundo caſu: vt ſupra de rit. nup. l. oratione. & l. ſi quis officium.

Plutarch⁹ in pręceptis cõnubialibus cauſam adfert, vt omnia ſcilicet inter ſe communia eſſe credant.

† Simplices ſcilicet, quæ propriè dicũtur donationes. nam donatio ꝓpter nuptias valet.

* Vulg. ne mutuo amore ſe inuicẽ ſpoliarent.

† Vul &. Secunda ratio.

* Vulg. venalia.

† Significata in l. 1. ſ. e. ne mutuo amore ſe ſpoliarent.

* Concordiã & benignitatem nõ eſſe pretio, ſed obſequio, virtute & induſtria comparandã præclarè diſſerit Cic. lib. 2. Offic.

† Flo. viderentur.

* l. 63. & 65 ſ. de ritu nup. militat.

UNED

eſt, eas donationes ratas eſſe: ne melior ſit conditio eorum qui deliquerunt.[a] Diuus tamen Seuerus in liberta Pontij Paulini ſenatoris contra ſtatuit: quia non erat affectione vxoris habita, ſed magis concubinæ.[b] Qui in eiuſdem poteſtate[c] ſunt, prohibentur ſibi donare: vt puta frater mariti, qui eſt in ſoceri poteſtate. Verbum *poteſtatis*, non ſolùm ad liberos trahimus, verùm etiam ad ſeruos. Nam magis eſt vt hi quoque qui aliquo iure ſubiecti ſunt marito, donare non poſſint.[d] Secundùm hæc ſi mater filio qui in patris poteſtate eſſet, donet, nullius momenti erit donatio: quia patri quæritur.[e] Sed ſi in caſtra eũti filio dedit,[f] videtur valere: quia filio quæritur: & eſt caſtrenſis peculij. Quare & ſi filius[g] vel priuignus[h] vel quiuis alius[i] poteſtati mariti ſubiectus, de caſtrenſi ſuo peculio donauit:[k] nõ erit irrita donatio. Prohibetur igitur & vxori & nurui donare etiam is qui eſt in ſoceri[l] poteſtate,[m] ſi modò maritus ſit in patris poteſtate. Ab vxoris[n] nurúſve parte prohibitum eſt donari viro vel genero. Sed & his qui ſunt in eorum[o] poteſtate, ſi fuerit donatum, vel in quorũ ſunt poteſtate, nõ valebit donatio: ſi modò* vir & ſocer in eiuſdem ſunt poteſtate, vel vir in ſoceri.[p] Cæterùm ſi in alia familia eſt maritus:[q] neque ſocero, neque ei qui eſt in eius[r] poteſtate, neque ei in cuius eſt, donatione interdictum eſt. Socrui à nuru vel contrà donari non eſt prohibitum:[ſ] quia hîc ius poteſtatis non vertitur. Si ſeruus meus, cuius vſusfructus alienus eſt, donet vxori meæ ex eo peculio quod ad me non pertinebat: vel homo liber bona fide mihi ſeruiens: an valeat donatio, quæritur. & in libera quidem perſona vtcumque admitti poteſt donatio. cæteræ enim perſonæ alienationem peculij vt donent non habent. Non tantùm autem[t] per ſe maritus & vxor, cæteræque perſonæ dare non poſſunt.*

B Donatio facta inter virum & vxorem, non valet ipſo iure: nec traditio quæ ex ea ſequitur. Baldus.

Sciendum autem eſt ita interdictam inter virum & vxorem donationem, vt ipſo iure nil valeat quod actum eſt. proinde ſi corpus ſit quod donatur: nec traditio quicquam valet. & ſi ſtipulanti[u] promiſſum ſit, vel accepto latum, nihil[x] valet. Ipſo enim iure, quæ inter

C virum & vxorem donationis cauſa geruntur, nullius momenti ſunt. Si quis igitur nummos vxori dederit, non fieri eius apparet: quia nihil corporis eius fieri palam eſt.

Si mandato meo debitor alij ſoluit, mihi creditori eſt ſolutum: & à me illi: & ideò ſi vir mandat debitori ſuo vt vxori ſoluat, talis ſolutio ipſum liberat. Bar.

Sed ſi debitorem ſuum ei[y]

D ſoluere iuſſerit:[z] hîc quæritur an nummi fiant eius, debitórque liberetur. Et Celſus libro quintodecimo Digeſtorum ſcribit videndum eſſe ne[a] dici poſſit & debitorem liberatum, & nummos factos mariti, non vxoris. Nam & ſi donatio[b] iure ciuili non impediretur, eum rei geſtæ ordinem[c] futurum, vt pecunia ad te[d] à debitore tuo, deinde à te ad mulierem perueniret. nam celeritate coniungendarum inter ſe actionum[e] vnam actionẽ[f] oc-

E cultari:[g] † cæterũ debitorẽ creditori dare,[h] creditorẽ vxori:[i]

a *Deliquerunt*. vt. j. de condi. & dem. l. cùm tale. §. fin. & infra de reg. iur. l. nõ fraudantur. §. nemo. & C. eo. ſi ex volũtate. & infra quod vi aut clã. l. Seruius. & C. de reuoc. don. l. his ſolis. in fin. & in auth. de reſti. & ea quę pa. in. xj. menſe poſt mor. viri. coll. iiij. Sed arg. contra. j. de concub. l. j. §. qui autem.

b *Concubinæ*. ibi quidem non prohibetur donatio: vt j. de don. l. affectionis. &. l. donationis. niſi à milite: vt C. eo. l. ij. Item quæro, an impediantur donationes contracto matrimonio per verba de præſenti ante ductionem in domum. nã ſecundùm canones vir & vxor ſunt. Azo reſpondet ſic: ar. j. e. l. pe. Item quid ſi vterque, vel ſolus donator ſcit matrimoniũ eſſe nullum? Reſpond. repetit fiſcus: vt. j. eod. l. cùm hic ſtatus. §. fin. & infra de le. j. l. fin. inter ſponſas & ſponſos tenet etiã ſi in domum puella eſt ducta: vt infra. e. inter eos. & infra eod. titu. cùm hic ſtatus. §. ſi quis ſpõſam. Sed quid ſi ambo putauerũt tenere matrimoniũ? Reſpõ. datr repetitio cuilibet eius quod dedit. Item ad hoc quod hîc dicit, non valere, eſt contra. j. eo. l. cùm hic ſtatus. circa fin. ibi, ideoq; &c. Sol. hîc fuerunt conſcij matrimonium nullum eſſe: ibi ignari. Vel dicas nõ eſſe ibi ratas ꝓrſus: quia vtiliter reuocãtur. Vel ibi præter ius: hîc contra ius. Vel ibi ꝓceſſerũt ſpõſalia, hîc præcedere nõ potuerũt. Acc.

* ſi non, id eſt niſi Bu, hîc.

c *Qui in eiuſdem poteſtate*. Vt euidenter quę hîc dicuntur attendas, no. quòd tribus modis quis aliũ per poteſtatem cõtingit: vel quia ego ſum in poteſtate tua: vel quia tu es in mea: vel quia ego & tu ſumus in eiuſdẽ poteſtate. ſi ergo aliquo iſtorum modorum alicuius maritum cõtingo: ei cuius maritũ cõtingo, donare non poſſum. idem eſt ex parte vxoris. nam & qui eam aliquo iſtorum modorũ contingit, marito eius donare non poteſt. nullo verò iſtorũ modorum interueniente, donatio non impeditur, vt inter ſocerum & nurum dicitur. Item alij qui coniuges per poteſtatẽ cõtingunt, inuicem ſibi donare non poſſunt: vt. l. iſta oſtendit. hæc omnia ſecũdùm Io. & concor. C. e. l. nec inter eas. Sed cõtra ad primum rñ. iſtius. §. j. e. l. ſeruus communis. in fi. Sol. vt ibi. Acc.

Contingit quis aliquẽ per poteſtatem tribus modis.

d *Non poßint*. ſcilicet vxori.

e *Quæritur*. iure communi. Accur.

f *Dedit*. vxor non prædia, ſed res mobiles, vel ſe mouentes: vt C. fami. erciſ. ſi filius. Accur.

g *Filius*. huius vxoris primæ & mariti.

h *Priuignus*. id eſt filius huius mariti ex alia vxore, qui eſt priuignus huius nouercæ.

A

i *Alius*. vt nepos.

k *Donauit*. matri, vel nouercæ. Accur.

l *In ſoceri*. id eſt patris mariti.

m *Poteſtate*. vt alter filius ſoceri, ſcilicet frater mariti. Item ſeruus ſoceri.

n *Ab vxoris*. eãdẽ ꝑſonam vocat vxorẽ & nurũ, facta relatiõe ad diuerſas ꝑſonas. Azo. & pone exemplum: vt ſi ſeruus vxoris meæ, q̃ nurꝰ eſt patri meo, vel etiã ſeruus patris vxoris meæ, mihi marito donet, qui gener dicor quãtum ad patrem & matrem vxoris meæ.

* In veter. manuſcr. ad marg. additur, ſed nec per alios. quod ſanè videtur addendum Fl. nec video quomodo ſubaudiri poſſit, vt quidam nimiũ acuti putãt. rectè enim in vulg. eſt additum.

o *In eorum*. mariti vel generi.

p *Soceri*. mulieris ſcilicet mariti.

q *Maritus*. per adoptionem.

r *In eius*. ſoceri, non mariti.

ſ *Non eſt prohibitum*. vt C. e. ſi te in vacuam. idem in genero & ſocru intelligas: quia eadem eſt ibi ratio: vt C. de do. ante nup. l. ſi mater veſtra. An idem in auo materno? Rñ. idẽ: quia non tangunt ſe per poteſtatem.

t *Non tantũ autẽ*. quædã tamẽ poſſumus per alios, quæ per nos nõ: vt arg. cõtra. ſ. quæ res pig. ob. poſ. l. Ariſto.

u *Si ſtipulanti*. vxori.

x *Nihil*. imò videtur valere, ſed reuocatur: vt. j. eo. l. ſi ſpõſus. §. ſi donatiõis. &. §. ſi vxor. quę ſunt cõtra. ſed ibi ſol. in. §. ſi donationis.

y *Ei*. ſ. vxori.

z *Iuſſerit*. maritus.

a *Ne*. id eſt an vxoris vel mariti nummi eſſe dicentur.

b *Donatio*. in hoc caſu quidem dubitatur ideò, quia vir & vxor donare prohibentur. ſi enim nõ eſſet donatio ꝓhibita, nõ dubitaretur: quia ſine dubio valeret: & hoc eſt, nã &c.

c *Ordinem*. imò ita demũ. ſi erat res in ꝑſenti: vt. ſ. de rei vindica. l. hęc ſi res ꝑſens ſit. &. ſ. ſi cer. pe. l. ſingularia.

† breui manu.

d *Ad te*. maritum. Io.

e *Actionum*. i. actuũ.

f *Actionem*. id eſt actum: vt ponitur in authen. hoc ius porrectũ. alibi ponitur ꝓ adminiſtratione: vt in auth. vt iud. ſine quo. ſuf. §. iuſiurandum. in fi. titu. col. ij.

g *Occultari*. vt etiam aliàs: vt ſupra de condic. ob cau. l. qui ſe. ij. reſpon. & ſupra de iu. do. l. licèt. §. quotiens. & infra. eod. l. ſi eum qui. & infra eo. ſi ſponſus. §. ſi debitor. Accur.

h *Dare*. ſ. dicẽdũ eſt in hoc caſu quẽ. ſ. poſuimꝰ in prin. huius. §.

i *Creditorem vxori*. ergo in propoſita quæſtione intelligitur maritus fuiſſe dominus, & traditio tacitè in vxorem collata, pro nulla habetur. nam fingitur maritum dediſſe vxori. ergo nihil eſt conſecuta vxor propter talem acceptionem: vt in fine huius legis dicitur. & ſic eſt contra infra de ſolu. l. cùm quis mihi. §. j.

& infra

nec nouum aut mirum eſſe, quod per alium accipias, te accipere. [a] Nam & ſi is qui creditoris tui ſe procuratorem eſſe ſimulauerit, [b] à debitore tuo iubente [c] te pecuniam [d] acceperit: & furti actionem te habere conſtat, & ipſam pecuniam tuam eſſe. Huic ſententiæ conſequens eſt quod Iulianus libro ſeptimodecimo Digeſtorum ſcripſit, ſi donaturum B mihi, iuſſero vxori meæ dare. ait enim Iulianus nullius eſſe momenti. [e] † perinde enim habendum, atque ſi ego acceptam & rem meam factam, vxori meæ dediſſem. quæ ſententia vera eſt.

† vt ſcilicet vxori quæratur. mihi tamen quæritur.

IIII. IVLIANVS *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

IDémque eſt & ſi mortis cauſa traditurum mihi, iuſſerim vxori tradere. nec referre, conualuerit donator, an mortuus ſit. C neque exiſtimandum eſt, ſi dixerimus valere [f] donationem, non fieri me pauperiorem: [g] quia ſiue conualuerit donator, condictione tenebor: ſiue mortuus fuerit, rem quam habiturus eram, in bonis meis deſinam propter donationem habere. [h]

Donatio facta à ſponſo ſponſæ, valet & tenet, licèt traditio ſit facta poſtea conſtante matrimonio: dummodo à ſponſo antè matrimonium contractum fuerit facta traditio procuratori vxoris. ſecus ſi à procuratore ſponſi. Baldus.

V. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Sabinum.*

SI ſponſus ſponſæ donaturus, tradiderit Titio, vt is ſponſæ daret: deinde Titius tradiderit B poſt nuptias ſecutas: ſi quidem eum interpoſuerit maritus, donationem non valere, quæ poſt contractas nuptias perficiatur. [i] Si verò mulier eum [k] interpoſuerit: iamdudum perfectam donationem eſſe, hoc eſt antè nuptias: atque ideò quamuis contractis nuptiis Titius tradiderit, donationem [l] valere. Si maritus duos reos habeat, Titium & mulierem, & mulieri accepto tulerit donationis cauſa, neuter liberatur: quia acceptilatio non valet. [m] & C hæc Iulianus libro ſeptimodecimo Digeſtorum ſcribit. Planè ſi mihi proponas Titio accepto latum: ipſe quidem liberabitur, mulier verò manebit obligata.

Generaliter tenendum eſt, quod inter ipſos, [n] aut qui ad eos pertinent, aut per interpoſitas perſonas donationis cauſa agatur, non valere. quòd ſi aliarum extrinſecus rerum perſonarúmve cauſa commixta ſit: ſi ſeparari non poteſt, nec donationem impediri: [o] ſi ſeparari poſſit, cætera D

& infra eo. l. vir vxori. vbi dabis ſolutionem.

A *a Accipere*. & ita quod quis per alium, &c. vt hîc, & infra de col. bo. l. dedit dotem. & infra de acquir. poſſ. l. j. §. ſi iuſſerim. & infra de do. cauſa mor. l. quod ſtatuliberum. in fi. & infra de fur. l. falſus. §. ſed ſi is. & C. de pac. conuen. l. ex morte. in fin. & C. vbi & apud quem in integ. reſtit. l. fin. Accurſius.

*b Simulauerit*. cũ mandatum non fuiſſet ei.

*c Iubente*. & te præſente: vt infra de fur. l. falſus. §. & ſi.

*d Pecuniam*. ac ſi tu accepiſſes. Accurſius.

*e Momenti*. traditionem.

*f IDem. Valere*. quod falſum eſt.

*g Pauperiorẽ*. ecce quare pauperior fit.

*h Habere*. ſi ipſam valere diximus. Io. ſed certè imò videtur quòd talia ſunt attendenda: vt infra eod. ſed ſi vir. §. quod legaturus. ſed aliud eſt ſecundùm Io. in do. cau. mor. vbi maritus fit dominus traditione facta vxori, vt hîc: aliud in legato quod non traditur ſtatim, ſed poſt aditam hereditatem, ſed nec actio ex teſtamẽto poterit ei per mulierem acquiri, licèt in caſu mihi det actio contra eũ qui inſtituitur meo mandato: vt infra de hered. inſtit. l. quidam. circa fin. vel hîc iam mihi erat donatũ, ſed non traditum infra autem erat donandum, ſecundùm Ioan.

SI *ſponſus*.] CASVS huius. l. in princ. eſt planus. [SI MARITVS.] Titius & Berta vxor mea tenebantur mihi ad. c. quilibet in ſolidum, & ſic erant duo rei debendi. accepto tuli mulieri animo donandi. quæritur an valeat. Et dicitur quòd neuter liberatur. Sed ſi Titio accepto tuli: ipſe quidem liberatur, non vxor. Secundò idem dicit generalius, vt non poſſim donare vxori, neque directè, neque per mediam perſonam. Tertiò dicit quòd ſi aliarum, &c. ad quam literam quatuor ponit exempla. Primum, quando cauſa rerum eſt mixta, & ſeparari non poteſt. Secundum, quando cauſa rerum ſimiliter eſt mixta, ſed ſeparari poteſt. Tertium, quando cauſa perſonarum poteſt eſſe mixta, & ſeparari nõ poteſt. Quartum, quando ſimiliter cauſa perſonarum eſt mixta, & ſeparari poteſt. De primo dicas, quòd cauſa rerum tantum poteſt eſſe mixta, & ſeparari non poteſt commodè: vt ſi mulam maritus vxori vendiderit, & aliam ei parem donauerit, quarum neutram alicui expediat habere ſine altera: vt ſupra de ædil. edict. cum eiuſdem. §. interdum. & ita tenet donatio. Secundò dic quòd cauſa rerum eſt mixta, & ſeparari poteſt: vt ſi vir vnam rem vxori vendidit, & aliam ei donauit: in vendita valet venditio: in donata non tenet donatio. Tertiò dicit quòd cauſa perſonarum eſt mixta, & ſeparari non poteſt: veluti cùm vir vendidit vxori ſeruum iuſto pretio, in cuius perſona valet venditio, & eidem vxori donat eiuſdem ſerui contubernalem, qui ab eo ſeparari non poteſt. valet ergo donatio in re donata, & venditio in vendita. ſi autem ſit perſona quæ ſine offenſa pietatis non poſſet ſeparari, diceretur cauſa perſonarum mixta, & ſeparabilis: & ideò donatio non valet in donato, ſed venditio in vendito. & hoc eſt quartum exemplum. Item aliud exemplum quando Titius & mulier ſunt viro duo rei debendi: nam vna obligatione teneri dicuntur, & ſic cauſa perſonarum eſt mixta, & tamen poteſt ſeparari: & ideò ſi Titio accepto fero, valet in eo: in mu-

A liere non. Si verò mulieri accepto fero, in neutro valet: quia principale inualidum, acceſſorium reddit inualidum. vide tu gloſ. de verbo ad verbum. [SI DEBITOR.] Vir volens vxori donare iuſſit debitorem ſuum vxori promittere. non valet. [SI VXOR.] Titius mihi debet. x. vxor eius volens ei donare, mihi promittit animo nouandi, & fideiuſſorem dat. non tenetur, neque Titius debito liberatur. [SI DONATIONIS.] Vxor tenebatur viro in. c. cùm vellet ei donare, conuenit eam, & paſſus eſt eam abſolui falſa exceptione oppoſita. valet quidem ſententia, ſed vir condicet pecuniam, ac ſi non eſſet abſoluta. Cætera ſunt plana. Viuianus.

*i Perficiatur*. nec per hunc procuratorẽ mariti aliquid vxori quæri potuit, cùm eius nõ eſſet procurator. contra eſt autem in ſecundo caſu.

*k Eum*. ſcilicet procuratorem ad recipiẽdum donum. Accur.

*l Donationem*. aliàs, perfecta donatio eſt: & aliàs, perfectam eſſe donationem, ſcilicet dicendum eſt, videlicet dominio vxori per ſuum procuratorem ſibi quæſito.

*m Non valet*. quia expreſſum eſt inualidũ, nec valet tacitum: vt infra de lib. le. l. ſi is qui duos. & . l. petitor. & ſupra de ſer. ruſti. prædio. l. item ſic poſſunt. §. qui habet.

*n Ipſos*. inter virum & vxorem.

*o Impediri*. veluti cùm mulier extitit heres ei qui pro Titio apud maritum fideiuſſerat: abſoluto reo principali à marito, qui creditor dicitur, abſoluitur & mulier quæ ſecundariò ex perſona fideiuſ. ex hereditaria cauſa eſt obligata. Tu autem latius dic quòd hæc litera exigit quatuor exempla. Primùm, quando cauſa rerum eſt mixta, & ſeparari non poteſt. Secundò, quando ſimiliter cauſa rerum eſt mixta, & ſeparari poteſt. Tertiò, quando cauſa perſonarum eſt mixta, & ſeparari non poteſt. Quartò, quando ſimiliter cauſa perſonarum eſt mixta, ſed ſeparari poteſt. De primo dic, quòd cauſa rerum tantùm mixta poteſt eſſe, & ſeparari non poteſt commodè: vt ſi vnam mulam maritus vxori vẽdiderit, & aliam ei parem donauit, quarum neutram alicui expediebat habere ſine altera: & ita donatio tenet: vt ſupra de ædil. edict. l. cùm eiuſdem. §. interdum. De ſecundo dic, quòd cauſa rerum tantùm mixta eſt, & ſeparari poteſt: vt ſi ego maritus vnam rem E vendidi, & aliam ſibi donaui: in donata non valebit donatio: in vendita valebit venditio. De tertio dic quòd cauſa perſonarum poteſt eſſe mixta, & ſeparari non poteſt: veluti cùm maritus vendidit vxori ſeruum iuſto pretio, in cuius perſona valet venditio: & eidem vxori donat eiuſdem ſerui vxorem, quæ ab eo ſeparari non poteſt: vt ſupra de ædil. edict. l. plerumque. Cęterùm ſi eſſet alia talis perſona, quæ ſine offenſa pietatis ſeparari poteſt, diceretur cauſa earum perſonarũ mixta: & ſeparari poſſet. & eſt exemplum quarti. Vel de quarto dic quòd cauſa perſonarum tantùm & nõ rerum poteſt eſſe mixta, & ſeparari poteſt: ſicut in prædicto caſu ſcilicet quãdo Titius & mulier duo rei debendi erant: quia ex vna obligatione teneri dicuntur: vt. j. de duo. re. pro. l. iij. §. vbi. in quo caſu ſi Titio fuit accepto latum, valebit quoad Titium: licèt non valeat in perſonam mulieris. poteſt enim valere principale, licèt non valeat acceſſorium. Quid

Donatio inter virum & vxorẽ quãdoque permittitur.

valere: id quod donatum [a] ſit; non valere. Si debitor viri pecuniam iuſſu [b] mariti vxori promiſerit: nihil agitur. Si vxor viri creditori donationis cauſa promiſerit, & fideiuſſorem dederit: neque virum liberari, neque mulierem obligari, vel fideiuſſorem eius Iulianus ait: perindéque haberi, ac ſi nihil promiſiſſet. Circa venditionem quoque Iulianus quidem minoris factam venditionem, nullius eſſe momenti [c] ait: Neratius [d] autem, cuius opinionem Pomponius non improbat, venditionem donationis cauſa inter virum & vxorem factam, nullius [e] eſſe momenti: ſi modò cùm animum maritus vendendi non haberet, idcirco venditionē commentus [f] ſit, vt donaret. Enimuerò ſi cùm animum [g] vendendi haberet, ex pretio ei remiſit: venditionem quidem valere: [h] remiſſionem autem hactenus non valere, quatenus facta [i] eſt locupletior. Itaque ſi res quindecim venit quinque, nunc autem ſit decem, quinque tantùm præſtanda ſunt: quia in hoc locupletior videtur facta. Si donationis cauſa vir vel vxor ſeruitute non vtatur, puto amitti ſeruitutem, verùm poſt diuortium [k] condici [l] poſſe. Si vxor vel maritus exceptione quadam donationis cauſa ſummoueri voluerint: facta à iudice abſolutione valebit quidem ſententia, ſed cōdicetur ei cui donatum eſt. [m]

Conceſſa donatio eſt ſepulturæ cauſa. Nam ſepulturæ cauſa locum marito ab vxore, vel contrà poſſe donari conſtat. Et ſi quidem [mortuum] intulerit, faciet locum religioſum. Hoc autem ex eo venit, quòd definiri ſolet, eam demum donationem impediri ſolere, quæ & donantem pauperiorem, & accipientem facit locupletiorem. Porrò hîc non videtur fieri locupletior in ea re quam religioni dicauit. nec mouit [n] * quemquam, quòd emeret, [o] niſi à marito accepiſſet. nam & ſi pauperior ea fieret niſi maritus dediſſet, non tamen idcircò fit locupletior, quòd non expendit. Hæc res & illud ſuadet, ſi vxori maritus ſepulturæ cauſa donauerit, ita demum locum fieri intellegi mulieris, cùm corpus humatur. [p] Cæterùm antequam fiet religioſus, donantis manet. Proinde ſi diſtraxerit mulier: manet locus donatoris. Secundum hæc ſi vxori ſuæ monumentum purum † maritus magni pretij donauerit, valebit donatio: ſic tamen, vt cum fit religioſus, valeat. Sed etſi ipſa fuerit illo illata: licèt morte eius finitum eſt matrimonium, fauorabiliter [q] tamen dicetur locum religioſum fieri. Proinde & ſi maritus ad oblationem dei vxori donauit, vel locum in quo opus publicum, quod promiſerat facere, vel vt ædem publicam dedicaret: fiet locus ſacer. Sed & ſi quid ei det vt donum C deo detur, vel conſecretur: dubium non eſt quin debeat valere. Quare & ſi oleum pro ea in æde ſacra poſuerit, valet donatio. Si maritus heres inſtitutus repudiet hereditatem donationis cauſa: Iulianus ſcripſit libro ſeptimodecimo Digeſtorum, donationem valere. Neque enim pauperior fit, qui non adquirat, ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit. Repudiatio autem mariti mulieri prodeſt, ſi vel ſubſtituta ſit mulier, vel etiam ab inteſta- D to heres futura. Simili modo & ſi legatum repudiet: placet nobis valere donationem, ſi mulier ſubſtituta ſit in legato, vel etiam ſi proponas eam heredem inſtitutam. Si quis rogatus ſit, percepta [r] certa quantitate vxori ſuæ hereditatem reſtituere, & is ſine deductione reſtituerit: Celſus libro decimo Digeſtorum ſcripſit, magis pleniore officio fidei præſtandæ functum maritum, quàm donaſſe * videri. & rectam rationem huic ſententiæ E Celſus adiecit, quòd plerique magis fidem exſoluunt in hunc caſum, [ſ] quàm donant: nec de ſuo putant proficiſci quod de alieno plenius, reſtituunt, voluntatem defuncti ſecuti. nec immeritò ſæpe credimus aliquid defunctum voluiſſe, [t] & tamen non rogaſſe. Quæ ſententia ha-

A ergo ſi mulieri fuit acceptò latum? tunc in neutrius perſona valet acceptilatio: vt in.l.iſta continetur. ſed nonne tunc ſimiliter cauſa perſonarum mixta eſt, vt & ſuperiori caſu fuit accepto latum? Reſpon. vtique: non tamen ſeparari poteſt. nam ſi dicas poſſe ſeparari: ergò in perſona Titij valere debet, quod hîc negat, in perſona mulieris non, ſed non poteſt ſeparari, ergo debet valere in perſona vtriuſque: vt in hoc.§.generaliter dicitur. Reſpō. quòd in iſto.§. dicitur, verum eſt tātùm tunc quando remiſſio facta eſt ei vel acceptilatio cui fieri potuit: at ibi acceptilatio in perſona vxoris, cui princpaliter proſpiciebatur, facta eſt, in cuius perſona valere non potuit: ideóque nec valet in perſona eius cui ſecundario vel acceſſoriè proſpiciebatur. nā cum principale non tenet, nec eius acceſſorium. Ad vltimum poteſt dari exemplum in ſeruitutib⁹ indiuiduis: quia pro omnibus prędictis ſufficere poteſt, in quibus perſonarum & rerum cauſa mixta eſt, & ſeparari non poteſt: ideò valet donatio: vt puta ſi itinere cōſtituto ſimul per ſtipulationem partim in prædio vxoris, partim in prædio Titij, & maritus per acceptilationem Titium liberauit: liberatur quoq; vxor: quia ſeruitus itineris pro parte deberi non poteſt: cùm iter quòd dicitur res incorporalis, ſit indiuiduum, nec ſeparari poſſit: vt infra ad lega. Falc.l.j.§.ſi vſusfructus. cæterùm ſi vxor rem cum Titio promiſiſſet, verbi gratia agrum, vt eſſent duo rei promittendi: Titio liberato nihilominus vxor tenebitur. Accurſius.

Itineris ſeruitus pro parte deberi nō poteſt.

a *Donatum ſit*. ſcilicet vxori.

b *Iuſſu*. mariti volentis vxori donare. Accurſius.

c *Momenti*. hîc principaliter intēdebat donare. ſecus ſi venderet: quia tunc valet, niſi in eo quod donauerit, vt ſubiicit: quia, &c.

d *Neratius*. corrigendo cum diſtinctione, dum hîc principaliter donare intendebat, ſecundùm Iulianum. Accurſius.

…moueat.

e *Nullius momenti eſſe*. vt ſupra de contrahen. empt. ſi quis donationis.

f *Commentus*. ſic ſupra ad Velleia. l. vir vxori. in fin. Sed nunquid in dubio pręſumitur donationis cauſa facta? Reſpon. non, arg. ſupra titu.ij.l.cùm maritus. Accurſius.

g *Animum*. vt infra eod. ſed ſi vir ex lana.§.ſi duo.

h *Valere*. infra eod.l.quod autem.§. ſi maritus. contra. &.l.ſed ſi vir. §. ſi duo. contra. &.l.vir vxori. contra. Solu. hîc ab initio vendidit pretio vero, licèt poſtea remiſerit. ibi verò ab initio vendidit pretio minori. Accurſius.

i *Facta eſt locupletior*. vt ſupra de petit. heredit. l. ſed & ſi lege. §. ſed & ſi res minoris. Sed contra infra eod. l.quod autem.§.ſi maritus. Solu. vt ibi. Accurſius.

k *Poſt diuortium*. ſed & antè poteſt, ſed per diuortium fit reuocatio: vt.C. eod. à marito. & infra eod.l. ſi communi. &. l. ſed interim. §. ſi maritus vxori. Accurſius.

† κενοτάφια. vertũt Græci, Balſam. Nomocan. tit. 2. c. 1.

l *Cōdici*. vbi enim donationis cauſa interuenit cum alia, quæ per ſe ſola ſufficeret ad acquirendum, fit quidem alienatio & amiſſio ſeruitutis, & liberatio ex ſententia oritur, ſed repetitur, vt hîc, & infra proxi. §. vbi verò ſola donationis cauſa, ipſo iure nihil valet quod agitur: vt ſupra eod. l. iij.§.ſciendum. quæ eſt contra.

m *Cui donatum eſt*. ſpeciale eſt: aliàs contra: vt ſupra man. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. & facit quod not. ſupra proxi.§. Accurſius.

n *Nec mouit*. imò videtur quòd debeamus moueri: vt infra de ſolu.l. in pupillo. quæ eſt contra. Solu. aliud eſt in pupillo, qui certat de lucro iniuria alterius, aliud in viro & in vxore, inter quos huiuſmodi donationes amarè non ſunt tractandæ: vt infra eod. l. ſi id quod. §. ſi quas.

o *Emeret*. id eſt emiſſet.

p *Humatur*. ſimiliter fit eius, & definit eſſe. ſic infra.eo.l.quod autem.§.vxori.

* vulgar. donaſſe. ꝙ videtur rectius. niſi ſubaudias, quàm vt donaſſet, quæ etiam locutio erit inſolens.

q *Fauorabiliter*. aliàs enim morte eius cui donatur, donatio reuocatur: vt.C.eod.ſi à marito. Accurſius.

r *Si quis percepta*. deducta de hereditate.

ſ *In hunc caſum*. ſic & infra de verbo. ſignifi. l. cum in teſtamento. &.C.ad.l.fal.l.j.ſed argu. contra. C. de cadu. tol.§. ſi autem ad deficientis. & infra de here. inſtit.l.quidam. Accurſius.

t *Voluiſſe*. vt in noſtro caſu totum reſtitui. Accurſius.

*Marcellus.*

bet rationem magis in eo qui nõ erat deducta quarta rogatus reſtituere, & tamen integram fidem præſtitit omiſſo ſenatuſconſulti commodo. hic enim verè fidem exſoluit, volũtatem teſtatoris obſecutus.* Hoc ita, ſi non per errorem calculi fecit. Cæterùm indebiti fideicommiſſi eſſe repetitionem, nulla dubitatio eſt. Cũ igitur nihil de bonis erogatur, rectè dicitur valere donationẽ. Vbicumque igitur non deminuit de facultatibus ſuis qui donauit, valet. vel etiã ſi deminuat, locupletior tamen non fit qui accepit: donatio valet.

Donatio reuocatur quatenus mulier eſt facta locupletior: & an ſit locupletior, inſpicitur tempus lit. conteſta. h. d. iſta. l. vſque ad. l. quod autem. §. ſi maritus. Baldus.

Marcellus [a] libro ſeptimo Digeſtorum quærit, † ſi mulier acceptã à marito pecuniam [b] in ſportulas [c] * pro cognato ſuo ordini [d] erogauerit, an donatio valeat. Et ait valere, nec videri locupletiorem mulierem factam, quamuis mutuam pecuniam eſſet acceptura, [e] & pro adfine erogatura. In donationibus autem iure ciui impeditis hactenus reuocatur donum ab eo ab eáve cui donatum eſt, vt ſi quidem extet res, vindicetur: [f] ſi conſumpta ſit, [g] condicatur [h] hactenus quatenus locupletior quis eorum factus eſt:

VI. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

QVia quod ex non conceſſa [i] donatione retinetur, id aut ſine cauſa, aut ex iniuſta cauſa retineri intellegitur, ex quibus cauſis condictio naſci ſolet.

VII. VLPIANVS *libro trigenſimoprimo ad Sabinum.*

QVod autem ſpectetur tempus an locupletiores ſint facti, vtrum tempus litis conteſtatæ, [k] an rei iudicatæ? Et verum eſt litis conteſtatæ tempus ſpectari oportere. [l] idque imperator noſter cum patre reſcripſit.

Donatio quæ mulierem locupletiorem non reddit, non reuocatur: & non dicitur locupletior, ſi tantundem de ſuo erogauerit. hoc dicit iſte not. §. Bald.

Si maritus pecuniam vxori in vnguenta dederit, eáque [m] eam pecuniã creditori ſuo ſoluerit, [n] mox ea de ſua pecunia vnguenta emerit: non videri locupletiorem factam Marcellus libro ſeptimo Digeſtorum ſcribit. Idémque & A ſi lancem ob eandem cauſam ei dederit, eáque lancem [o] retinuerit, de ſua autem pecunia vnguẽta emerit, vindicationem ceſſare, quia non eſt locupletior quæ tãtundem in re mortua [p] impendit. [q]

Si vir & vxor quina inuicem ſibi donauerint, & maritus ſeruauerit, vxor conſumpſerit: rectè placuit [r] compenſationẽ fieri donationum. [ſ] & hoc diuus Hadrianus conſtituit.

Inter virum & vxorem habet locum donatio, ſi inuicem cõpen- B ſauerint. Baldus.

SEd ſi vir [ex] lana ſua veſtimentum mulieri confecerit: quamuis id vxori confectum fuerit, & vxoris cura,[m] tamen viri eſſe: neque impedire, quòd in ea re vxor tanquam lanipẽdia[n] fuerit, & viri negotium procurarit. Si vxor [ex] lana ſua operis ancillarum viri, veſtimenta ſuo nomine confecit muliebria: & veſtimenta mulieris eſſe, & pro operis ancillarum viro præſtare nihil debere: ſed viri nomine veſtimenta confecta[o] virilia, viri eſſe: vt is lanæ pretium vxori præſtet. Sed ſi non virilia[p] veſtimenta ſuo nomine[q] mulier confecit, ſed ea viro donauerit, non valere donationem: cùm illa[r] valeat,[ſ] cùm viri nomine cõfecit: nec vnquam operas ancillarum viri æſtimari conuenit.[t]

Pro ſpecificatis competit viro contra vxorem vtilis actio. ſed ſi vir ex ſua lana veſtimenta vxori confecerit: cenſentur etiam veſtimenta viri. h. d. cum. l. ſeq. in prin. Baldus.

Si vir vxori aream donauerit, & vxor in ea inſulam ædificauerit, ea inſula ſine dubio mariti eſt: ſed eam impenſam mulierem ſeruaturam placet. Nam ſi maritus vindicet inſulam: retentionem impenſæ mulierem facturam.[u] Si duo mancipia fuerint ſingula quinis[x] digna, ſed vtrumque vnis quinque donationis cauſa à viro mulieri, vel contrà venierint: melius dicetur, communia[y] ea eſſe pro portione pretij:

C nec tandem ſpectandũ eſſe quanti mancipia[z] ſint: ſed quantum ex pretio donationis cauſa ſit remiſſum. Sine dubio licet à viro vel vxore minoris emere, ſi non ſit animus donandi.[a] Si vir vxori, vel contra, quid vendiderit vero pretio, & donationis cauſa paciſcantur,[b] ne quid venditor ob eam rem præſtet, videndum eſt quid de ea venditione agatur: vtrum res venierit, & totum negotium valeat: an verò vt ea ſola

D pactio irrita ſit: quemadmodum irrita eſſet, ſi poſt contractam emptionem[c] nouo conſilio inito id pacti fuiſſet actum. Et verius eſt pactum dumtaxat irritum[d] eſſe. Idem dicemus ſi donationis cauſa pacti ſint, ne fugitiuum aut erronem præſtent: id eſt, integras eſſe actiones ædilicias,[e] & ex empto.[f] Quod vir vxori in diem debet, ſine metu donationis præſens ſoluere poteſt:[g] quamuis commodum temporis retenta pecunia ſentire potuerit.[h]

E Quod legaturus mihi, aut hereditatis nomine relicturus es, potes rogatus à me vxori meæ relinquere: & non videtur ea eſſe donatio:[i] quia nihil ex bonis meis deminuitur: in quo maximè maiores donanti ſuccurriſſe Proculus ait, ne amore alterius alter deſpoliaretur: non quaſi maliuolos,[k] ne alter locupletior fieret. Si vir vxori munus immodicũ[l]

---

a *Eo quoque.* hoc ſic exaudio, ſi dubitatur an eſſet locupletior mortuo iam ſeruo. dicemus enim eam locupletiorem: & ſic de pecunia teneri: ne obſtet quod not. ſ. eo. §. ſi ex decem. ad quod infra eo. Vel fortè hîc ſciuit donationem non valere: vt ſupra de vſur. l. fructus.

b *Conſumptum.* & facit ſupra de peti. here. ſed & ſi. §. ſi quis re. &. ſ. e. quod autem. §. ſi maritus. Accurſius.

c *Stipulata.* ſcilicet à viro, cùm de ſuo ſe alebat: alioquin nõ valet donatio, cùm ad virum fructus dotis ſpectent propter onera matrimonij. Accurſius.

Fructus dotis ad maritũ ſpectant.

d *Licèt ei.* vt peti poſſint: valet tamen vt ſoluti non detur repetitio: vt. j. eod. l. ſi ſtipulata. Vel peti poteſt actione in factum: vt. ſ. de pact. dotalib. l. inter ſocerum. §. conuenit. Accurſius.

e *De annuo.* i. de fructibus perceptis ex prædiis. Accurſius.

f *Conuenerit.* ex ſtipulatione facta.

g *Dotis iudicio.* id eſt actione ex ſtipulatu.

h *Compenſari.* marito ſi agat ex aliqua cauſa.

i *SI mulier. Emptus ſit.* ſed arg. contra ſupra quod metus cau. l. ſi ipſa. ibi, ſi verò in pecunia &c.

k *Eſſe veſtimenta.* ſpecificatione. Accurſius.

l *VTilem.* rei vindic. ſecundùm quoſdã: ſicut & aliàs in ſubſidium datur: vt infra eodem. l. vxor. Tu dic, in factum ad inſtar ferruminatorum: vt ſupra de rei vindica. l. in rem actio, §. item quæcunque.

m *SEd ſi vir. Cura, tamẽ viri eſſe.* ſed cur aliud hîc quàm in ſuperiori caſu huius legis? Reſpon. exhibendi neceſſitas incúbit marito: idcircò iura fauent ei, vt tantum ratione præſentis vſus intelligamus eum poſſe donare, & in eam cauſam ſemper exiſtimem⁹ eũ donaſſe: in vxore ſec⁹, vt in ſuperiori caſu.

n *Lanipendia.* aliàs lanipendia: & aliàs lanapendia, ſcilicet carminando.

o *Confecta virilia.* à muliere operis ancillarum viri.

p *Si non virilia.* aut fecit vxor veſtimẽta ſuo nomine, & muliebria: aut viri nomine, & virilia: aut ſuo nomine, ſed virilia. Accurſius.

q *Suo nomine.* id eſt mariti.

r *Illa.* ſcilicet donatio. Accurſius.

ſ *Valeat.* demum. Accurſius.

t *Conuenit.* vt ſupra eo. l. ſi id quod. §. ſi quas.

u *Facturam.* vt ſupra de rei vin. l. ſinautem. §. in repetita. & infra de dol. exce. l. Paulus. & habet locum hoc etiam ſi ſciuerit donationem non valere: ſicut diximus. ſ. e. l. ſi vxor filio. Accur.

x *Quinis.* id eſt quilibet valebat quinque: & ſic. x. ſicut exponitur infra de lega. j. l. ſi quis teſtamento.

y *Communia.* viri & mulieris.

z *Mancipia.* vt ex hoc ipſo venditio infirmetur, quòd res maioris pretij ſit: quod eſſet abſurdum. Sed contra ſupra eo. l. ſi ſponſus. §. circa. Solu. hîc medietatem erat aliàs venditurus: & ideò in eo tenet venditio. aliam verò medietatem nõ erat venditurus: quare in ea venditio valere non poteſt. vel fortè quod hîc dicitur, obtinet ſecundùm Iulia. non ſecundùm Neratium: vt ibi. Accurſius.

a *Donandi.* not. affectus operi tuo nomen imponit: vt. C. de ſica. l. j.

b *Paciſcantur.* incontinenti. Accurſius.

c *Emptionem.* ex interuallo. Accurſius.

d *Irritum.* ſiue incontinẽti, ſiue ex interuallo ſit interpoſitum.

e *Aedilicias.* aliàs honorarias: aliàs ædilicias: quod eſt idem.

f *Ex empto.* argu. contra Io. qui dicit, quantò minoris actionẽ eſſe ex empto.

Quantò minoris actio, eſt ex empto.

g *Soluere poteſt.* ſicut debitor in aliorũ creditorum fraudẽ: vt. j. quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. ſi cùm in diẽ. ſed ibi fit reuocatio.

h *Potuerit.* nec æſtimabitur donatio remiſſione dilationis temporis: ſicut nec pignoris: vt. j. quæ in frau. cre. l. ſi pignus. &. ſ. qui. mo. pign. vel hypo. ſol. l. j. Accurſius.

i *Donatio.* imò videtur quòd ſic: vt. ſ. eo. l. idẽque. quæ eſt cõtra. Solut. hîc fortè non fuit relictũ contemplatione viri, quamuis eius rogatu. Vel aliter ibi ille qui tradidit, dare voluit mulieri: hic autem noluit legare. Vel fortè aliud in donatione, vt ibi: quàm in relicto, vt hîc: vt ibi plenè diximus.

k *Maliuolos.* vt ſupra eo. l. ſi id quod. §. ij.

l *Immodicum.* id eſt ſupra vires dotis: vt. ſ. eo. l. ex annuo.

Kalendis Martiis, aut natali die dediſſet, donatio eſt: [a] ſed ſi impenſas [b] quas faceret mulier, quò honeſtius ſe tueretur, contra eſt.

Non videtur locupletior facta eſſe mulier, ſi aut in obſonio aut in vnguentis [c] aut in cibariis familiæ donatam ſibi pecuniã impenderit. Quæ vir cibaria vxoris familiæ iumentíſve præſtiterit, quæ in vſu communi erant, non condicẽtur. [d] quòd ſi familiã domeſticã vxoris aut venaliciã pauit: contrà puto obſeruari debere. [e]

Donatio inter coniuges morte donatoris ſuperſtite donatario cõfirmatur.h.d.Bart. Et de tali donatione Falcidiæ detrahitur, ſicut ſi res donatę fuiſſent in teſtamento relictæ.h.d.vſque ad.§. ait oratio.Bartolus.

B XXXII. VLPIANVS *lib.33.ad Sabinũ.*

CVm hic ſtatus eſſet donationũ inter virũ & vxorẽ, quem

a *Donatio eſt*. & ideò reuocanda.Io.
b *Impenſas*.ſcilicet aliquas dediſſet.Accurſius.
c *In vnguentis*.vt.s.eo.l.quod autem.§.ſi maritus.&.j.eo.ſi prędia.§.item cùm quæritur.Accurſius.
d *Non condicentur*. vt ſupra eo.ſi id quod.§.ſi quid.Accurſius.
e *Debere*. ſed & tunc diſtingui poteſt: vt.C. de negot.geſt.l.ſi patrono.

C*Vm hic ſtatus*.] CASVS. Dicit ſupra leg.j. donationes inter cõiuges nõ valere:& in hoc ſtatu extiterũt vſque adhuc. Nunc autẽ imperator vocans ſenatores ſuaſit eis oratione, vt ſtatuerent,& ipſe cũ eis,vt in aliquo relaxẽtur donationes: vt ſcilicet morte cõfirmentur donantis: niſi prius pœnituerit:& hoc factum eſt.Secũdò dicit, quòd hoc habet locum in quacunque donatione quam facit vir in vxorem: ſiue emẽdo aliquid eius nomine volens donare ei:ſiue alio modo.Et de hac donatione detrahitur Falcidia,ſi opus eſt, ſicut de legatis:nã confirmatur morte,vt & ea in teſtamẽto relinquatur. [AT ORATIO.]Vir qui donauit vxori: ſi vult pœnitere dum viuit,poteſt:ſed ſi nõ pœnitet,heres non pœniteat.Secundò dicit, ꝙ ille intelligitur pœnitere, qui in pœnitentia perſeuerat. Cæterùm ſi redeat in primam voluntatem,vt velit donationem eſſe,erit donatio confirmata morte. ſic & legata poſſunt adimi, & ei iterũ legari:& ſic eſt voluntas ambulatoria:& hoc ſi pœni-
C tuerit:& hoc cõſtat:etiam heres reuocat.ſed ſi eſt dubium, pœnituerit,vel non:præſumitur non pœnituiſſe.[SI MARITVS.] Donaui vxori meæ fundũ:deinde pignoraui, & creditori tradidi.Dicit quòd videor pœnitere donationis. Secũdò affert caſus vt pignorãdo non videar donum reuocare. Primus,ſi huius fuit propoſiti eum obligans cùm creditori tradit:tamẽ pignus apud mulierem remãſit:& ipſa vult ſatisfacere creditori.Secundus,vt ſi primò obligauit:& poſtea donauit.Item addit quando primò donauit:& poſtea obligauit animo amouẽdi donũ:quòd ſi vult ſatisfacere,quòd conſequitur à creditore,cui promittit creditor vt cedat actiones cõtra heredes viri,ſcilicet pro debito.[SI MARITVS.]Vir donauit vxori fundum:deinde vir conſcius alicuius criminis,& ad mortẽ damnãdus potius ſe præcipitauit: vel alio modo ſe occidit:Dicit ꝙ infirmatur, non confirmatur donatio. Secundò dicit:idem eſt ſi poſt mortẽ inueniatur fuiſſe reus criminis læſæ maieſtatis:& per hoc eius memoria damnata.Tertiò
D dicit ſecus eſſe ſi reus criminis donat alij extraneo inter viuos nõ cauſa mortis.nã nõ irritatur:licèt poſtea ſibi cõſciuit mortẽ. [SI MILES.]Titius miles cõmiſit delictum militare: vt quia alienauit arma:de quo dãnatus fuit à præſide: ſed in ſentẽtia fuit ei permiſſum vt nihilominus poſſet poſtea facere teſtamentũ in caſtrẽſibus bonis.hic quidẽ ſi donauit vxori antè ſententiã, cõfirmatur morte:nam & poſt damnationem poterit donare cauſa mortis.[QVOD AIT ORATIO.]Vir donauit vxori.x. & illa amiſit:ita quòd nõ eſt locupletior,an cõfirmetur morte? Reſpon.quòd non:quia non eſt quòd confirmetur,cùm neq; pœnitẽdo poterit vir reuocare.Secundò dicit: pone ꝙ mulier reddidit viro de ſuo alia.x.quæ ſalua ſunt,& prædecedit vir.quæritur an mulier poſſit repetere ab herede viri?Et dicit quòd ſic:neque poteſt heres viri obiicere compenſationem. De aliis.x.malè cõſumptis,ſcilicet amiſſis retrò,dicit ſecus ſi matrimonium tollatur diuortio:vt ecce donaui vxori meæ.x.quę perdidit:hæc de
E ſuo mihi nõ reddidit alia.x.quæ ſalua habeam. tandem diuertimus:& ſi ipſa à me repetit.x.quæ habeo,an ego obiicio compẽſationem de.x.amiſſis?Dicit quòd poſſum.[SI DIVORTIVM.] Donauit vir vxori.x.prædecedit donataria:infirmatur donatio: vel ſi ſit diuortiũ,infirmatur donatio: niſi de nouo velit vir donare,vel confirmare quod fecerat.Dicet quis,qualiter diuertens donat?Reſpon.bene:quia quidã plano animo diuertunt.Secundò,diuertit donãs ab vxore:tandem reconciliatur, & præmoritur:dicit quòd cõfirmatur donatio,ſiue perſeuerauit durante diuortio in eadem voluntate,ſiue non. Tertiò, ſi rixa interuenerit inter virũ & vxorem,& pacificata eſt:confirmabitur morte prędecedens donatio:quia matrimonium durauit. [SI AMBO.] Primò quærit,ſi vir donator & vxor donataria ab hoſtib.capiãtur: an confirmetur donatio:ſed non ſoluit nunc.Secundò quærit,ſi ambo decedãt:ſimul donator & donataria:puta ĩ naue ſubmer-
A gantur:aut apparet quis primò depoſuit ſpiritum,& certum eſt quid ſit: aut eſt dubium? Et dicit confirmatam donationem:& hoc ideò,quia non prædeceſſit donataria.ſi ſimul decedant: tũc ſi inuicem ſibi donent vir & vxor,& ambo ſimul moriuntur,idẽ eſt.Tertiò dicit idem in donatione cauſa mortis quam inuicem duo coniuges ſibi faciunt: & ambo ſimul moriuntur,quòd confirmetur. Quartò ſoluit primam, inquirendo diligẽtius circa eã, & ſoluit: quia aut nullus eorũ redit,& vidẽtur ambo mortui prima hora captiuitatis: & qui prius capitur, fingitur prius mori, & ſic confirmatur donatio. aut alter tantũ rediit: & præſumitur ꝙ ipſe ſuperuixerit,& ſibi facta confirmatur. [QVI QVASDAM.]Vir donauit vxori quaſdam res:poſtea legauit quaſdam ex his.eas videtur adimere vxori quas legat:alias nõ.hoc eſt autem verum quando poſtea legauit. Item ſecus etiã ſi poſtea legat,ſi modò exprimat quòd non animo adimendi faciat. [ORATIO.] Non ſolùm prohibetur donatio inter coniuges,ſed etiam inter eos qui tangunt eos per poteſtatem: & ſicut quandoque permittuntur inter coniuges,vel morte confirmantur: ita confirmantur inter alios: vt ecce ſocer donauit nurui. licèt non valet:ſi tamen præmoritur filius,& ſic ſoluitur matrimonium:poſtea decedit ſocer in eadem voluntate perſeuerans:
C confirmatur morte.[SI NVRVS.] Si nurus donauit ſocero,& præmoritur: confirmatur donatio.Secundò econtra ſi præmoritur ſocer,an confirmetur?Et reſpond. diſtinguendo vt in text. ]SI SOCER. Duo dicit. Primo ſocer donauit nurui: demum repudium ei nurui miſit:ſed eius filius non eam dimittit:ſed cõcorditer cum ea ſtetit.Dicit quòd irrita eſt donatio: quia quantum eſt inter ſocerũ & nurum,videtur factum diuortium: quãuis quoad filium non.[PROINDE.] Duo conſoceri inuicem donauerant:& poſtea repudium miſerunt. idem eſt quòd quãtum ad eos videatur diuortium:& ſi eſt donatio,infirmetur.Idẽ eſt & ſi inuito filio repudium factum à ſocero eſt, irritáque eſt donatio. Secundò adiicit, quòd ad hoc vt dicta donatio facta inter ſoceros morte confirmetur, oportet ſocerum donantem durante matrimonio & filio in poteſtate perſeuerãte præmori: & filium poſtea antequam nurus.Tertiò adiicit:Pone quòd ſocer qui donauit conſocero, emancipauit filium: certè iam non
D confirmatur donatio morte. [SI SPONSVS.]Sponſus per verba de futuro donat ſponſæ hoc animo vt deinde ſecuto matrimonio valeat donatio.quæritur an confirmetur morte donãtis ſecuto poſtea matrimonio? Et videtur quòd non: quia oratio confirmat eam donationem quę fit inter coniuges per verba de præſenti:ſed tamen dicit quòd ſententia orationis huius trahitur vt morte confirmetur. [SIVE AVTEM.] Debebat vxor viro ex cauſa mutui centum:vir liberauit eam per acceptilationẽ: quæritur an hæc liberatio confirmetur morte?Et dicit quòd ſic: & ita hæc acceptilatio eſt in pendenti quoad verba: hoc eſt in pendenti quoad effectum:nam demum præmoriente viro confirmatur:& ita apparet ſiue res ſit donata,ſiue liberatio facta, ꝙ ea confirmatur morte. [SI INTER VIRVM.] Tria dicit. Primò vir volens donare vxori,fecit cum ea ſocietatem, ex qua pepigit totum lucrum eſſe mulieris: & tamen ipſa nihil præſtabat.hæc quidem ſocietas non velet neque inter coniuges, neq;
E inter alios:nec actio pro ſocio naſcitur:eſt tamen donũ: & ideò morte confirmatur.Secundò dicit idem ſi fingebat nunc vẽdere cùm donaret vxori.Tertiò,ſi vendit vir vxori pro quinquaginta quod valet,c.vel vendidit pro.c.ſed poſtea pretium remiſit: eſt quidem donũ:ſed morte confirmatur.[SI QVIS SPONSAM.] Titius quandam puellam habentem decem annos tantùm,duxit in vxorem,& duxit domum:& poſtea donauit ei quaſdã res. quæritur,an valeat donatio,cùm non ſit vxor? Et videtur quòd ſic:ſed tamen diſtinguendum eſt: aut prius erat ſponſa per verba de futuro,& perſeuerat ſponſa:& valet donatio vt in ſponſa. aut non præceſſerant ſponſalia:& tunc non valet, neque morte confirmatur.nam non eſt ſponſa,neque vxor: & hoc de ea quæ potuit de iure eſſe ſponſa.Sed quid ſi de iure nõ potuit eſſe ſpõſa:vt quia liberta cum ſenatore,vel pupilla cũ tutore, & fiat donatio,an valeat? Et dicit quòd non:ſed aufertur vt indigno, & applicatur fiſco.Viuianus.

antea retulimus:[a] imperator noſter Antoninus Auguſtus antè exceſſum[b] diui Seueri[c] patris ſui, oratione in ſenatu habita, auctor fuit ſenatui cēſendi, Fuluio † Aemiliano & Nummio Albino conſulibus, vt aliquid laxaret[d] ex iuris rigore. Oratio autem imperatoris noſtri de confirmādis donationibus[e] nō ſolùm ad ea pertinet, quæ nomine vxoris à viro comparata[f] ſunt, ſed ad omnes donationes inter virum & vxorē factas: vt ipſo iure res fiāt eius, cui donatæ[g] ſunt, & obligatio ſit ciuilis:[h] & de Falcidia, vbi poſſit locum habere, tractandum ſit. cui locum ita fore opinor,[i] quaſi teſtamento ſit cōfirmatum,[k] quod donatum eſt. Ait oratio, *Fas eſſe, eum quidem qui donauit, pœnitere: heredem verò eripere forſitan*[l] *aduerſus voluntatem ſupremam eius qui donauerit, durum & auarum eſſe.* Pœnitentiam accipere debemus ſupremam. proinde ſi vxori donauit, deinde eum pœnituit,[m] mox deſiit pœnitere: dicēdum eſt donationem valere, vt ſupremum eius ſpectemus iudicium: quemadmodum circa fideicommiſſa ſolemus, vel in legatis, cùm de doli exceptione oppoſita tractamus: vt ſit ambulatoria voluntas[n] eius vſque ad vitæ ſupremum exitum. Sed vbi ſemel donatorem pœnituit, etiam heredi reuocandi poteſtatē tribuimus, ſi appareat defunctum euidenter reuocaſſe voluntatem. quòd ſi in obſcuro ſit, procliuior eſſe debet iudex ad cōprobandam donationem.[o]

Si vir obligat rem quam vxori donauit, reuocatur donatio: niſi non habuerit animum reuocandi: quæ aliàs valet vbi non habuit animum reuocandi. Bald.

Si maritus ea quæ donauerit, pignori dederit: vtique eum pœnituiſſe dicemus,[p] licèt dominium retinuit. Quid tamen ſi hoc animo fuit, vt vellet adhuc donatum? finge in poſſeſſionem precariam[q] mulierem remanſiſſe, paratámque eſſe ſatisfacere creditori. dicendum eſt donationem valere. Nam ſi[r] ab initio ei rem obligatam hoc animo donaſſet, dicerem vim habere donationem, vt parata ſatisfacere mulier haberet doli exceptionem: quinimo & ſi ſatisfeciſſet,[s] potuiſſe eam per doli exceptionem conſequi vt ſibi mandentur[t] actiones.

Si coniunx donator vel donatarius efficiatur ſeruus, donatio extinguitur. Bart.

Si donator ſeruus fuerit effectus priuati:[u] dicendum eſt, non impletam ſed peremptam donationem: quamuis morti ſeruitus comparetur.[x] Proinde & ſi ipſa in ſeruitutem redigatur cui donatum eſt: extincta erit donatio.

Si maritus vxori donauerit, & mortem ſibi ob ſceleris conſcientiam conſciuerit, † vel etiam poſt mortem memoria eius damnata ſit: reuocabitur donatio:[y] quamuis ea quæ aliis donauerit,[z] valeant,[a] ſi non mortis cauſa donauit. Si miles vxori donauerit de caſtrenſibus bonis, & fuerit damnatus:[b] quia permiſſum eſt ei[c] de his teſtari, ſi modò impetrauit vt teſtetur cùm damnaretur,[d] donatio valebit. nam & mortis cauſa donare poterit, cui teſtari permiſſum eſt.[e] Quod ait oratio, *conſumpſiſſe*,[f] ſic accipere debemus, ne is qui donationem accepit, locupletior factus ſit. cæterùm ſi factus eſt, orationis beneficium locum habebit. Sed etſi non ſit factus locupletior, dederit[g] tamen tantā[h] quātitatem, eáque exſtet:* dicendum eſt, ſi is deceſſit qui factus eſt locupletior,[i] poſſe[k] repetere id quod dedit: nec compenſare[l] id quod conſumpſit:[m] quamuis diuortio ſecuto[n] hæc compenſatio locum habeat.

Donatio facta inter coniuges, reuocatur facto diuortio, mortis donatarii interuentu: ſed licèt diuortium fiat, ſi tamen matrimoniū reſtauretur, donatore poſtea moriēte recōualeſcit donatio. Bal.

Si diuortium poſt † donationem interceſſit, aut prior deceſſerit qui donum accepit, veteri iuri ſtatur: hoc eſt, ſi maritus

---

† Anno vrb. cond. 955. M. Nūmio Cæſonio, Annio Albino & Ful. Aemiliano Conſ. vt notaui in Faſtis.

† Ergo hîc ſequēti cōparatur, v... & in. l. libero cū §. non ſolent. ſ. de his qui non infam. vnde non poteſt morte confirmari donatio. vide Alc. li. 6. pa. c. 27.

* eſt.

† poteſt al... eſſe, vt Fl. abeſt.

---

a *Retulimus.* vt non valeret: vt. ſ. eod. l. j. & ideò reuocaretur in quantum donatarius locupletior, & donator pauperior eſſet: vt ſ. eo. ſi ſponſus. §. circa. & l. ſi id quod. §. ſi ex decem. Accurſius.

b *Exceſſum.* id eſt mortem.

c *Seueri.* Seuerus pater, Antoninus filius.

d *Laxaret.* ſenatus permittēdo eas morte cōfirmari. Accurſius.

e *Donationibus.* ſcilicet morte. Azo.

f *Comparata.* de quib⁹ ſpecialiter locutus eſt imperator. Accurſius.

g *Cui donatæ.* ſecuta confirmatione.

h *Ciuilis.* veluti ſi remiſit obligationem, aget vxor vt liberetur. Vel aliter ſi actiones ſibi competentes aduerſus alium donauit ſuperſtiti cōiugi præmoriens: vel ſi de euictione pro re donata promiſit: & hoc ne ſit contra. ſ. eod. Papinianus. Accurſius.

i *Opinor.* vt. C. ad. leg. Fal. in donationibus.

k *Confirmatum.* tacitè eo ipſo quòd non eſt retractatum: ſed etiam expreſſim confirmari poteſt: vt. j. de auro & arg. lega. l. Quintus. & l. vxori. Accurſius.

l *Forſitan.* fortè ideò dicit, quia aliud fortè in extremis cōſtitutus voluit, licèt id non expreſſit: ſed nos credimus ipſum in prima pſeueraſſe voluntate, cū expreſſim non reuocauerit: vt ſupra de proba. l. cùm tacitum. Accurſius.

m *Pœnituit.* id eſt in ea pœnitentia perſeuerauit.

n *Voluntas.* vt infra de adimen. le. l. iiij. in fine. Accurſius.

o *Donationem.* ſed arg. contra. j. de regu. iur. l. in re obſcura.

p *Dicemus.* vt. j. e. l. §. qui quaſdā. & C. e. l. ſi maritus. Sed contra inſtit. de leg. §. ſi rem ſuā. & ſ. de pet. here. ſed & ſi lege. §. ſimili modo.

q *Precariā.* quia precibus impetrauit à creditore.

r *Nam ſi.* bene dico ꝙ ſi antè donauit, & poſtea obligauit, non tamen animo adimendi: ꝙ valeat donatio. nam hoc eſt ſi primo obligauit, & poſtea donauit.

s *Satisfeciſſet.* id eſt promiſiſſet de ſatisfaciendo, vt addat prædictis. Accurſius.

t *Mandentur actiones.* à creditoribus contra heredes pro pecunia quam ſoluit: & tunc contraria pigneratitia ceditur: & actio perſonalis quæ pro debito dabatur. Vel dic conſequi ab herede mariti ex aliqua cauſa agente contra ſe: & tunc rei vin. mandabitur. ſcilicet contra creditores, vel directa pigneratitia.

u *Priuati.* hominis. ſecus ſi pœnæ: vt. C. eod. l. res vxoris. quæ eſt contra. Accurſius.

x *Comparetur.* vt in authent. de nupt. §. ſi verò decretum. col. iiij. non tamen in omnibus. Io. ſed econtra manumiſſio ſimiliter eſt ſimilis morti: vt. j. de ſolu. ſi mihi. Accur.

y *Donatio.* vt. C. qui. teſta. facere poſſunt. l. ſi is. in fin. Accur.

z *Donauerit.* ſ. inter viuos, non coniugi.

a *Valeant.* vt. j. de dona. l. poſt contractum.

b *Damnatus.* antè donationem.

c *Eſt ei.* ab ipſo præſide qui eum damnauit: vt infra de lega. iij. l. ſi quis. in princi. §. miles. & intellige de delicto militari: vt infra de iniuſt. teſt. ſi quis filio. §. irritum. & in caſtrenſibus, nō in aliis: vt hîc, & C. de teſta. mili. l. & militibus.

d *Damnaretur.* teſtabitur enim de alienis: argu. infra de condi. l. cōficiūtur. §. ſi quis poſt.

e *Permiſſum eſt.* & etiā ille cui nō permittitur quādoque: vt. j. de dona. cau. mor. l. tā is qui. in prin. & §. j.

f *Conſumpſiſſe.* q. d. ceſſat oratio ſi donatari⁹ dicatur conſumpſiſſe, cùm non eſt quid confirmetur. Accurſius.

g *Dederit.* i. reddiderit ille qui accepit, nec eſt locupletior factus.

h *Tantam.* id eſt tantūdem.

i *Locupletior.* i. ille cui eſt reddita.

k *Poſſe.* eum qui dedit id quod extat, ab herede eius cui dedit.

l *Compenſare.* ſubaudi poſſe heredē eius qui factus eſt locupletior.

m *Conſumpſit.* ille qui agit, ſcilicet conſumpſit, cùm non fuerit tamē locupletior factus.

n *Secuto.* vt ſupra eo. quid autem. §. ſi vir & vxor. Sed quæ eſt diuerſitatis ratio? Reſp. donatio morte donantis confirmatur: quare heres vxoris meæ, quæ mihi donauit quod in vtilitatem meā eſt vel non eſt verſum, vtpote donatione cōfirmata morte, me cōuenire nō poterit. ſi quid verò ego donaui vxori, qđ in eius vtilitatē eſt verſum, repetere ab eius herede potero: quia non tantùm cōfirmata, ſed etiam reuocata præmoriente ea cui donatum eſt, videtur eſſe donatio: vt. C. eod. l. ſi maritus. per diuortium autem neutra confirmatur, ſed vtraque reuocatur: vt. ſ. eo. ſed interim. §. ſi maritus. & ideo contingit vt ſi ex donatione ad repetēdum agatur, hincinde obiiciatur compenſatio.

a *Vxori.* quæ diuertit: vt infra pro donato. l. j. §. iij.

b *Donatio.* poſt diuortiũ facta: quæ antè nõ valuiſſet: vt argu. ſupra de pact. do. l. licet. Ac-

c *Exſtinguitur.* vt infra ead. l. §. ſi ſocer. & l. vitricus. §. j. & l. & ideo. Accurſius.

d *Diſcedunt.* quod hodie nõ licet: vt in auth. vt lice. ma. & auiæ. §. quia verò ex cõſenſu. col. viij.

e *Tamen matrimonio.* illud tamen, aduerſatur ei quod dictum eſt de voluntate mutata.

† frigusculum. aliàs friuiculum, vel friuuſculum, hoc eſt de re parua ac leui, ſubita ira.

f *Fribuſculum.* i. diſſolutum non fuerit ob id fribuſculum, matrimonium. R.

g *Donatio.* præmoriatur donator. Accur.

h *Quieuit.* aliàs ex ingratitudine intelligitur reuocata: vt ar. j. de adimen. lega. l. iij. §. fin.

Vxor enim dignitatis nomen eſt, nõ voluptatis, vt ait Ælius Verus Imperator apud Spartianum, & Plutarchus in præceptis connubialibus: Nõ ego ...e eadẽ vti... cõiuge & ...mica poſ...um.

i *Affectio.* vt. j. de reg. iur. l. nuptias. & C. de diuor. l. fi. j. reſpon.

k *Volo.* aliàs voluit.

l *Tractare.* id eſt, illud in medium volo proponere.

m *Poſuerit.* id eſt depoſuerit.

n *Valuiſſe.* ſed ar. contra infra de regu. iur. l. in re obſcura.

o *Simul deceſſerint.* non dico ſimul, id eſt in eodem tẽpore: ſed ſimul, id eſt vnus & alter: neſcitur tamẽ quis prius deceſſerit: vt infra de re. du. ſi inter virum. Secus autem eſt cùm de onere dotis quæritur: quia mulier prius mortua præſumitur: vt ſupra de relig. l. ſi poſſeſſor. §. ſi eodem. & j. de reb. du. l. qui duos. §. ſi maritus.

p *Nam & circa.* bona ar. vt infra de don. cau. mor. l. ſi hi qui inuicẽ. Accurſius.

q *Neutri.* id eſt heredi neutrius.

r *Condictionem.* ad repetendum.

ſ *Capti.* ſcilicet ſimul.

t *Ad neutram.* dicemus valere: vel quod vxor marito, vel quod marit⁹ vxori donauit: quia viuis eis finitum eſt matrimonium perinde ac ſi diuortiũ interueniſſet.

...trimoni... in vita ...ndoque ...ur.

u *Deceſſerit.* in captiuitate. Accurſius.

x *An vter.* i. an ſpectandum ſit.

y *Rediit.* prius.

vxori[a] donatum vult, valet donatio:[b] quòd ſi non vult, exſtinguitur.[c] Plerique enim cum bona gratia diſcedunt:[d] plerique cum ira ſui animi & offenſa. Quid ergo ſi diuortium factum eſt, deinde matrimonium reſtauratur: & in diuortio vel mutata eſt voluntas, vel eadem durauit, reſtaurato tamen matrimonio,[e] & voluntate donatoris reconciliata: an donatio duret, ſi conſtante matrimonio donator deceſſerit? Et poteſt defendi valere. Quòd ſi diuortium non interceſſerit, ſed fribuſculũ,[f] † profectò valebit donatio,[g] ſi fribuſculum quieuit.[h]

Si mulier & maritus diu ſeorſum quidem habitauerint, ſed honorem inuicẽ matrimonii habeant: (quod ſcimus interdum & inter conſulares perſonas ſubſecutum) puto donationes non valere, quaſi durauerint nuptiæ. Nõ* enim coitus matrimonium facit, ſed maritalis affectio.[i] Si tamen donator prior deceſſerit, tũc donatio valebit.

Si donatio eſt facta inter virũ & vxorem, & ambo deceſſerint: ſi conſtat quis primò deceſſerit, ſtamus tertio. ſi verò non apparet quis primò deceſſerit: donatio confirmatur. ſi vero tam vir quàm vxor inuicem donantes ab hoſtibus capiantur, & apud hoſtes moriantur: donatio cõfirmatur, quaſi tempore capturæ mortui videãtur. ſed ſi alter ex eis ab hoſtibus redeat, ille videtur ſuperuixiſſe qui rediit. h.d. vſq; ad §. qui quaſdam. Baldus.

Si ambo ab hoſtibus capti ſint, & qui donauit, & cui donatũ eſt, quid dicemus? Et prius illud volo[k] tractare.[l] Oratio, ſi antè mors cõtigerit ei cui donatum eſt, nullius momenti donationẽ eſſe voluit. Ergo ſi ambo deceſſerit, naufragio fortè, vel ruina, vel incendio, quid dicemus? Et ſi quidem poſſit apparere quis antè ſpiritum poſuerit,[m] expedita eſt quæſtio. Si verò non appareat, difficilis quæſtio eſt: & magis puto donationem valuiſſe:[n] & his* ex verbis orationis defendimus. ait enim oratio: *Si prior vita deceſſerit, qui donatum accepit.* Non videtur autem prior vita deceſſiſſe, qui donatum accepit, cùm ſimul deceſſerint.[o] Proinde rectiſſimè dicetur, vtraſque donationes valere, ſi fortè inuicem donationibus factis ſimul deceſſerint: quia neuter alteri ſuperuixerit, licet de commorientibus oratio non ſenſerit. Sed cùm neuter alteri ſu-

A peruixerit, donationes mutuæ valebãt. Nam & circa[p] mortis cauſa donationes mutuas id erat cõſequens dicere, neutri[q] datam condictionem.[r] Locupletes igitur heredes donationibus relinquent. Secundum hæc, ſi ambo ab hoſtibus ſimul capti[ſ] ſint, ambóque ibi deceſſerint non ſimul: vtrum captiuitatis ſpectamus tẽpus, vt dicamus donationes valere, quaſi ſimul deceſſerint: an neutram,[t] quia viuis eis finitum eſt matrimonium: an ſpectamus B vter prius deceſſerit,[u] vt in eius perſona non valeat donatio: an vter[x] rediit,[y] vt eius[z] valeat? Mea tamen fert opinio, vbi non reuerterunt, vt tempus ſpectandum ſit captiuitatis: quaſi tunc defecerint. quòd ſi alter redierit, eum videri ſuperuixiſſe, quia rediit. Qui quaſdam res ex his quas donauerat, legaſſet, quaſdam non: non videbitur cæteras noluiſſe ad vxorem pertinere.[a] plerunque enim antea legat, poſtea donat:[b] vel alia cauſa fuit[c] le- C gandi.[d]

Donatio facta inter coniuges, morte donatoris confirmatur: ita donatio facta inter quaſcũque perſonas inter quas matrimoniũ eſt prohibitum. Bald.

Oratio non ſolùm virum & vxorem complectitur, ſed etiam cæteros qui propter matrimoniũ donare prohibentur: vt puta donat ſocer nurui, vel contrà: vel ſocer genero, vel contra: vel conſocer conſocero, qui copulatos D matrimonio in poteſtate habent. nam ex mente orationis his quoque omnibus permiſſum eſt in eundem caſum[e] donare. & ita Papinianus libro quarto reſponſorum ſenſit. Sic enim ſcribit: Socer nurui vel genero donauit: poſtea[f] filius eius vel filia conſtante matrimonio vita deceſſit. quamquam vitium donationis perſeueret:[g] tamen ſi ſocer nullam quæſtionem donationibus intulit, poſt mortem eius contra heredes orationis ſententia videtur interuenire. nam quæ ratio donationem prohibuit, eadem beneficium da- E tum implorauit. Vt igitur valeat donatio iſta, Papinianus exigit vt & filius eius qui donauit, antè deceſſerit: & ſocer poſtea durante voluntate[h] Si filiusfamiliàs qui caſtrenſe peculium habet, vel quaſi caſtrenſe, vxori donet: filij perſonam & mortem ſpectabimus.[i] Si nurus ſocero donauerit: mortem nurus, & perſeuerantem in ſupremam diem volũtatem ſpectare nos oportet. Quòd ſi ſocer ante deceſſerit: dicemus exſtinctam donationem? an quia maritus viuit, ſi vxori ſuæ ſuperuixit, admittimus vim habere donationem? Et ſi quidem[k] maritus ſolus ſocero heres exſtitit, quaſi noua donatio in maritum collata ſeruari poteſt: vt illa finita ſit, alia cœperit.[l] ſin verò filius heres patris non eſt: finita erit donatio

z *Eius.* i. in eius perſona donatio facta eſt.

a *Pertinere.* & aliàs quas legauit, videtur ademiſſe: vt. j. de leg. j. ſi ex toto. in princ.

b *Donat.* extraneo vel vxori vt adimat: & ecõtra. Accurſius.

c *Fuit.* in primo caſu.

d *Legãdi.* magis quàm adimendi: vt quia pręſtare noluit æſtimationem legatario. Vel dic alia fuit cauſa legandi: ſcilicet vt confirmaret donationes, legauit vxori. Accur.

e *Caſum.* in quo ipſis cõiugibus ſibi donare permittitur: vt. ſ. e. l. ſi eum. §. j. Accur.

Coniugibus ſibi donare quandoque permittitur.

f *Poſtea.* hîc eſt argu. contra. C. de donatio. cau. mor. l. penulti. Sed ibi ſtatim permiſſa donatione cauſa mortis loquitur. Accur.

g *Perſeueret.* quia donator nõ eſt mortuus. Accurſius.

h *Voluntate.* ſed ſi ſocer prius deceſſerit, an eius morte cõfirmetur donatio? Reſpond. nõ: quia morte ſoceri non ſoluitur matrimoniũ: vt infra eod. l. mortis. quæ eſt contra. & C. e. l. ſi vt proponis. Solut. vt ibi. Quid ſi conſenſu patris vxor donet marito, an vtriuſque mors exigatur? Arg. ꝙ non: vt. C. eod. l. donatio. Accurſius.

i *Spectabimus.* cũ quo ad illud non videatur habere patrem: vt. ſ. ad Macedo. l. ij.

k *Et ſi quidem.* vtique ſine dubio: & ſi quidẽ &c. Accurſius.

l *Alia cœperit.* cùm vxor apud maritum rẽ eſſe patitur.

UNED

A donatio, ratione noua.[a] Si ſocer nurui[b] nuntium miſerit, donatio erit irrita: quamuis matrimonium, concordantibus[c] viro & vxore, ſecundum reſcriptum imperatoris noſtri cum patre comprobatum eſt: ſed quod ad ipſos inter quos donatio facta eſt, finitum eſt matrimonium. B Proinde & ſi duo conſoceri inuicem donauerint, idem erit dicendum, ſi inuitis filiis nuntium remiſerint, inter ipſos irritam eſſe donationem. In hac autem donatione inter ſoceros facta, mors deſideranda eſt eius qui donauit conſtante matrimonio, & iure poteſtatis[d] durante. Idémque[e] & in his qui ſunt in eorum[f] poteſtate. Si conſocer conſocero donauerit, & alter eorum vel vterque copulatos emancipauerit, debet dici C ¦ donationem ad orationem non pertinere: & ideò infirmari[g] donationem. Si ſponſus ſponſæ donauerit, in tempus matrimonij collata donatione: quamuis inter virum & vxorem donatio non videatur facta, & verba orationis minus ſufficiant: tamen donationem dicẽdum eſt ad ſententiam orationis pertinere:[h] vt ſi durauerit voluntas vſque ad mortem, valeat donatio. D Siue autem res fuit quæ donata eſt, ſiue obligatio remiſſa: poteſt dici donationem effectum habituram:[i] vt puta vxori acceptum tulit donationis cauſa quod debebat. poteſt dici pendere acceptilationem non ipſam,[k] ſed effectum eius. Et generaliter vniuerſæ donationes quas impediri diximus, ex oratione valebunt. Si inter virum & vxorem ſocietas donationis[l] cauſa contracta ſit, iure vulgato nulla eſt: nec poſt decretum ſenatus, emolumentum ea liberali- E tas vt actio pro ſocio conſtituatur habere poterit. quæ tamen in commune tenuerunt, fine pręſtituto[m] reuocanda non ſunt.[n] Idcirco igitur pro ſocio actio non erit, quia nulla ſocietas eſt, quæ donationis cauſa interponitur, nec inter cæteros:[o] & propter hoc nec inter virum & vxorem. Idem erit dicendum & ſi emptio contracta ſit donationis cauſa: nam nulla erit. Planè ſi minoris[p] res venierit donationis cauſa,[q] vel poſtea pretium ſit remiſſum: admittemus B donationem valere * ad ſenatuſconſultum.[r] Si quis ſponſam habuerit, deinde eandem vxorem duxerit,[ſ] cùm non liceret: an donationes quaſi in ſponſalibus factæ valeant, videamus. & Iulianus tractat hanc quæſtionem in minore duodecim annis, ſi in domum quaſi mariti immatura ſit deducta. ait enim hanc ſponſam eſſe, etſi vxor non ſit. Sed eſt verius, quod Labeoni videtur, & à nobis & à Pa- C piniano † libro decimo quæſtionum probatum eſt, vt ſi quidem præceſſerint[t] ſponſalia, durent: quamuis iam vxorem eſſe putet qui duxit. ſi verò non præceſſerint, neque ſponſalia eſſe, quoniam[u] non fuerunt: neque nuptias, quòd nuptiæ[x] eſſe non potuerunt. Ideoque ſi ſponſalia anteceſſerint, valet donatio:[y] ſi minus, nulla eſt:[z] quia nõ quaſi ad extraneam, ſed quaſi[a] ad vxorem fecit: & ideò nec oratio locum habebit. Sed ſi ſe- D nator libertinam deſponderit,[b] vel tutor pupillam, vel quis alius ex his qui matrimonium copulare prohibentur,[c] & duxerit:[d] an donatio quaſi in ſponſalibus facta valeat? & putem etiam ſpõſalia improbanda, & quaſi ab indignis, ea quæ donata ſunt, ablata, fiſco[e] vindicari.

* pertinere.

† Eadem Papiniani ſententia refertur. l. quæſitũ, ſupra de ſponſa.

Siue vir vxori, ſiue vxor viro aliquid annuum promiſerit: talis donatio ab initio non valet: ſed morte donatoris confirmatur. Baldus.

XXXIII. IDEM *libro vicenſimoſexto ad Sabinum.*

SI ſtipulata fuerit mulier annuum,[f] id ex ſtipulatu petere[g] conſtante matrimonio

a *Ratione noua.* diui Seueri, quæ fuit vt ſi prius decederet qui donatum accepit, ꝙ donatio extinguatur. Quando ergo filius ſolus eſt hæres, præſumitur ad maritum vxorem velle peruenire donationem. quando extraneus, non ita. Quid ſi extraneus & filius ſit heres? videtur ei donare ſaltem pro hereditaria parte. Accurſius.

b *Si ſocer nurui.* inter quos facta eſt donatio Accurſius.

c *Concordantibus.* diſſoluere verò ſponſalia pater poteſt: vt. ſ. de ſponſa. l. in poteſtate.

d *Iure poteſtatis.* dum vixit qui donauit. Alioquin emãcipatione facta reuocata donatio videtur: vt pro. §. dicitur. Non tamẽ hoc ſufficit ad cõfirmationem donationis: imò filio donatoris præmoriẽte neceſſe eſt ipſum ſocerum eũdémque donatorẽ mori in eadem volũtate vt cõfirmet donatio: & tunc heredes ratã habere donationẽ cõuenit: vt. ſ. e. l. §. oratio. & hoc ſubiicit.

e *Idémque.* vt eorum mors deſideretur. Acc.

f *In eorum.* filiabus vel filiis, maritis vel vxoribus: verbi gratia, vt ſi ſocer donauit, mors nõ ſolum ſoceri ſed etiam filij & filiæ eius exigatur ad confirmationem donationis: & quòd in eadem voluntate permanſerit. Accurſius.

g *Infirmari.* vitiatur ergo licèt perueniat in eũ caſum in quo incipere poteſt. ſic. ſ. ea. l. §. ſi diuortium. & .j. eo. l. vir mulieri. Accurſius.

h *Pertinere.* vt. C. de dona. antè nup. l. quod ſponſæ.

i *Habituram.* ſupra eo. l. Papinianus. contra. ſol. vt ibi. Accurſius.

Pręſentia nõ pendet.

k *Non ipſam.* corrigit ſe ipſum ſtatim. Et ſic no. præſentiam non pendere. argu. pro nobis ſupra de vſufruct. l. ſed & ſi quis ſtipu. §. j & . l. ſequen. Non pendere dico hîc, quantum ad verborum conceptionem. nam ipſa verborum cõceptio pura eſt, ſed effectus pendet: vt ſubiicit. Accurſius.

l *Donationis.* pone exẽplum vt ſupra pro ſocio. l. j. §. fin.

m *Fine præſtituto.* id eſt morte. nam ipſa finis eſt vitæ præſtitutus.

n *Reuocanda non ſunt.* propter donationẽ cõfirmatã: nõ propter ſocietatem. Accurſius.

o *Inter cæteros.* vt. ſ. de contrahen. empt. l. ſi quis donationis.

p *Minoris.* quod nihil eſt, minus eſt: vt ſupra de tribu. l. illud. §. minus.

q *Cauſa.* excepto pretio viliori.

r *S. Conſultum.* vt valeat per cõfirmationem tacitã vel expreſſam.

ſ *Duxerit.* vt ſupra de ſponſa. quæſitum.

t *Præceſſerint.* ductionem in domum.

u *Quoniam.* aliàs quòd, pro quia.

x *Quòd nuptiæ.* dic ſimiliter quòd eſt quia.

y *Valet donatio* & ſic intellige infra. e. l. quod vir. quòd ibi præceſſerint ſponſalia. Accurſius.

z *Nulla.* vt. C. ad. l. Iul. de adul. l. eum. in fin. Accurſius.

a *Sed quaſi.* vt. C. de here. inſti. ſi pater. Sed nõne quaſi ad vxorem donatio facta eſt, cũ ſpõſalia præceſſerint: & nõ erat vxor: & tamen tenet donatio? Reſpon. illud eſt ideò quia habita fuit loco ſponſæ, nec donauit ei omnino vt extraneæ etiam remoto vxoratu: quia etſi non eſſet vxor, ſponſa tamẽ erat: hîc autem omnino extranea erat: quia nec vxor, neque ſponſa erat.

b *Deſponderit.* per verba de futuro.

c *Prohibẽtur.* excipe eos qui ratione officij impediuntur. nam illi poſſunt ſponſalia contrahere: vt ſupra de ritu nupt. ſi quis officium. & . l. præfectus. Accur.

d *Duxerit.* per verba de preſenti. Accurſius.

e *Fiſco.* vt ſupra de inceſt. & inuti. nup. l. qui contra. & infra de his qui. vt indig. l. ij. §. item ſi quis. & infra de iure fiſ. l. Lucius. Sed certè imò qui dedit, vindicare debet: vt. C. eo. ſi ex voluntate. quę eſt contra. Solu. ibi qui donauit, putauit tenere donationem, hic ſciuit donationem nõ valere: vt infra de leg. j. l. fin. Acc.

S*I ſtipulata.*] CASVS. Vir ꝓmiſit vxori. x. annua, vt inde ſe alat: ex qua ſtipulatione mulier agere vult. quæritur an poſſit. Et dicitur quod non. Secundo, ſi vir prædecedat, an confirmetur ſtipulatio? Et dicitur quod ſic. Tertiò econtra, vxor dedit viro. x. annua fortè per biennium, vt vir indè ſe alat: nunc pœnitet vxor, & vult repetere. Et dicit quod poteſt vindicare ſi extat: aliàs condicet in quantum factus locupletior eſt: licèt econtra vir nõ repeteret ſolutum & cõſumptum. Et eſt ratio diuerſitatis: quia genus mulierum eſt auarum. Secunda ratio eſt, quia non eſt ita conueniens vxorem alere virũ ſicut econtra virum alere vxorem. Tertia, propter ſexum. Quartò pone quòd vir ſtipulatus eſt ab vxore annuum, vt indè ſe alat. præmoritur vxor. confirmatur quidem donatio. Viuianus.

f *Annuum.* vt ſe alat vel tueatur.

g *Petere.* directa actione: vt ſupra eod. l. ſi id quod. §. fin. ſed in factum videtur quòd poſſit: vt. ſ. de pac. dota. l. inter. §. conuenit.

non poteſt.[a] Sed ſi manente matrimonio deceſſiſſe maritus proponatur : puto, quia in annuo quoque donatio [b] vertitur, poſſe dici ſtipulationem confirmari [c] ex ſenatuſconſulto. Si vxor marito annuum verſa vice præſtiterit, reſtituetur ei hoc, & poterit vindicare id quod exſtat. credo poterit & condicere [d] in quantum locupletior factus eſt:[e] quia non [f] tam ſolenne eſt [g] annuum quod maritus vxori pendit, & quod vxor marito præſtat : imò etiam incongruens eſt, & contra ſexus naturam.[h] Et ſi fortè maritus ab vxore ſtipulatus ſit id annuum, deceſſerítque mulier conſtante matrimonio: dicendum erit, ex oratione donationem conualeſcere.[i]

Valet donatio quam vxor facit viro vt filiam dotet. hoc dicit.quē caſum nota.Bartolus.

XXXIIII. IDEM *libro quadrageſimotertio ad Sabinum.*

SIue vxor marito res donaſſet,[k] iſque eas in dotem pro communi filia dediſſet: ſiue poſt donationē quam in maritum cōtulit, vxor paſſa eſt eum pro filia in dotē dare: benignè dici poteſt, etſi prima donatio nullius momēti eſt, attamen ex ſequenti cōſenſu valere dotis dationem.[l]

XXXV. IDEM *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

SI nō ſecundū legitimā obſeruationē[m] diuortiū factū ſit, donationes poſt tale diuortiū factæ, nullius momenti ſunt: cùm non videatur ſolutum matrimonium.

Qui ſoluit litis æſtimationē, debet cauſam dicere ſi cauſam habuit ab vxore. hoc dicit quam. l. nota. Bartolus.

XXXVI. PAVLVS *libro trigenſimoſexto ad Edictum.*

SI donatæ res extant, etiam vindicari poterunt:[n] ſed quia cauſam poſſidendi donatio præſtitit: niſi reddatur res, æſtimatio faciēda eſt iuſto pretio: cauerique poſſidenti debebit de euictione[o] ſimpli, quanti ea ret ſit. idque etiam Pedio videtur.

Poteſt quis cū vxore anulū ſpōſalitium permutare. h. d. & iſte.§. procedit in terminis ſuis, quando vir cōmuttat anulū. ſed ſecūdū noſtrā conſuetudinē primò deſpōſatur per verba de præſenti: & ſic eſt vxor, & ſic donatio nō valeret. quod nota. Bartolus.

Si ſponſus alienum anulum ſpōſæ muneri miſit, & poſt nuptias pro eo [p] ſuum dedit: quidam & Nerua putant fieri eum mulieris: quia tunc factam donationē confirmare videtur, non nouam inchoare.[q] quam ſentētiam veram eſſe accepi.

XXXVII. IVLIANVS *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

SI mulier dolo fecerit ne res extaret ſibi à marito donata, vel ad exhibendum, vel damni [r] iniuriæ cū ea agi poterit: maximè ſi poſt diuortium id commiſerit.

Pro parte quam habet vir in re, nō valet donatio inter coniūctas perſonas: præſentia tamen cū taciturnitate donationem inducit. h.d.quam.l.not.Bartolus.

XXXVIII. ALFENVS *libro Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.*

SEruus† communis viri & fratris[ſ] eius, puerum donauit vxori fratris: pro qua parte is ſeruus qui donaſſet,[t] viri eſſet, pro ea parte munus nō eſſe factū mulieris reſpōdit. Idē iuris erit ſi ex tribus fratribus vnus vxorem haberet, & rē communē vxori donaſſet. nam ex tertia parte mulieris res facta non eſt: ex duabus autem partibus reliquis ſi id ſciſſent [u] fratres,[x] aut poſteaquam donata eſſet, ratum habuiſſent, nō debere mulierem reddere.[y]

† In vulg. eſt lex ſi ſeruus.

a *Non poteſt.* ſiue vxor marito, ſiue maritus vxori annuum promiſerit, ab initio non tenet donatio: & vtrobique confirmatur morte: vt hîc ſubiicit, & in fin.l. Sed in hoc eſt differentia: quia ſi vxor donatum conſumpſit, vel tantundem de ſuo : non tenebitur ſi ſit facta locupletior: vt ſupra eodem ſi id quod.§.pen. & fi. ſecus in marito.

b *Donatio.* & ſpecies donationis vertitur: vt. ſ. de pac. dot. l. quidam. in fi. Accurſius.

c *Confirmari.* imò infirmari : vt ſupra eodem Papinianus. quę eſt cōtra. Sol. vt ibi. Accur.

d *Condicere.* hoc ſecus in vxore : vt. ſ. eo. ſi id quod.§.pe. Accurſius.

e *Factus eſt.* hoc in annuo. ſecus autem in vſuris paraphernalibus: quia eas in communes vſus poteſt expendere maritus : vt. C. de pac. cō.l.fi. circa princ. quæ eſt contra.

f *Quia non.* ratio quare miraculoſa non durent. Accurſius.

g *Solenne eſt.* & adeò celebre, quia ſæpe & plurimum ſolet fieri : mulier verò rariſſimè donat : & ideò cùm id facit, pro magno reputatur : & quaſi miraculoſè cū ſolennitate celebratur donatio, ſcilicet perſonarum interuenientiū, & indè gaudentium.

Mulier viro rariſſimè donare dicitur.

h *Contra ſexus naturā.* ſcilicet quòd mulier donet, vel ſic largiatur: vt diximus ſupra ad Veleia.l. ſed ſi ego. Et not. quòd hîc in fine duas ratiões reddit cautè ad reuocationē donationis: quia ſcilicet donauit cōtra naturā ſexus: quod quaſi mirandum eſt. Item quia inconueniens eſt ſeu incongruens etiam de iure eam donare marito ad ſuſtentationē ſui. Nam vir[a] vxorem, non vxor virum tenetur ſuſtentare: vt. ſ. e.l. ex annuo. &. l. ſi quis pro. & ar. inſti. de iniur.§.j.

]Bal hîc di- t iſtam gl. pt. ad hoc uòd mari- s tenetur ere vxorē; n autē v- r virum. lo.

i *Conualeſcere.* vt ſupra eodem. l. Papinianus. contra. Solu. vt ibi. Accurſius.

SIue vxor.] CASVS. Vxor donauit viro vnum fundum ruralē in donationem. eo tempore vel poſtea dixit vt eundem daret pro filia in dotem. Dicit quòd licet non valeret primò : tunc tamen ſecundò confirmatur.

k *Donaſſet.* ea conditione vt ſtatim det vir in dotem pro cōmuni filia: vt differat à caſu ſequenti.

l *Dationem.* vt ſupra de iur. do.l. profectitia.§. ſi quis certam. &. l. cùm vxor. Accurſius.

SI non.] CASVS. Fecit diuortium vir ab vxore, ſed non legitimè: & ita remanet matrimonium. ergo non poſſum donare ſibi.

m *Obſeruationem.* quæ eſt infra titul. j. l. nullum. Accurſius.

n SI donatæ. *Poterunt.* vt ſupra eo. lege ſi ſponſus.§.fi. Accurſius.

o *Euictione.* ſed ad id quod dicit ſimpli, imò in duplum: vt ſupra de euic.l.ij. quæ eſt contra. Sol. hîc eſt ſpeciale vt etiam de ſimplo caueatur. nā etiā de iure cōmuni nō debet caueri : vt. ſ. de rei vin.l. & ex diuerſo.§. petitor q̄ eſt cōtra. Sed hîc ideò, q̄a reus habet cauſam ab actore: ibi nō. Vel hîc culpa nō poteſt reſtituere reus: ibi dolo. Itē in eo ꝙ fit æſtimatio iuſto pretio, eſt cōtra. j. rerum amo.l. nō enim. Sed hîc ſpeciale: quia ille qui cōuenitur, habet cauſam à cōueniēte: vt diximus. Accur.

p *Pro eo.* vindicato à domino.

q *Nouam inchoare.* ſic ergo vltimū tenet locum primi: vt hîc &. ſ. de pe. here.l. ſi & rem. in fi. & j. de cōdit, & demō. filiæ.§.fi. Argu. contra. ſ. de iur. do.l. cum in fundo. ſ. ſi fundus. &. C. de iudi.l. apertiſſimi. &. j. e. ſi prædia. &. j. de leg. iij. pater filiū. in princ. Sed arg. contra. C. de prædi. mino.l. ſi minor xxv. an. &. j. de vul. & pub. ſub.l. Lucius.§.fin. & facit. ſ. de iureiur. l. duobus.§.ij. Accurſius.

SI mulier.] CASVS. Donaui equū vxori meæ : quem ipſa occidit ne ad me poſſet redire. licèt pœnituerim, dicit hæc lex eā teneri mihi ad exhibēdū: quia dolo fecit quò minus poſſet exhiberi. Itē act. legis Aquiliæ. Viuia.

r *Vel damni.* etiam cōſtante matrimonio in ſimplum: vt. ſ. ad. l. Aquil. ſi ſeruus ſeruū.§. ſi cùm maritus. Accur.

SEruus.] CASVS. Titius & Seius fratres habebant ſeruum communem, cui cōceſſerūt donare de peculio cui vellet. hic ſeruus donauit vxori Titij. Dicit quòd pro qua parte eſt Seij, valet. Secundò dicit. Tres erāt fratres habentes rē cōmunem. eā rem vnus donauit vxori aliis præſentibus, & non contradicentibus. pro partibus aliorum valet donatio: ꝓ partibus viri non.

ſ *Fratris.* qui fratres non tangebant ſe per poteſtatem.

t *Donaſſet.* hoc verū ſi ſpecialiter ei ſeruo permiſſum erat donare : aliàs non poſſet donare: vt infra de dona.l. filiusfa. Accurſius.

u *Sciſſent.* & ita ſciētia præiudicat circa amiſſionē dominij : quia præſumitur eos voluiſſe donare adfinitatis ratione : ſicut præſumitur remiſſio fideicom. ſanguinis neceſſitudine: vt ſupra de proba.l. Procula. ſic & præſumitur voluntas teſtatoris legatarij dignitate: vt ſupra de iudi. ſed & ſi. ſic infra de do. cau. mor. quòd ſtatuliber. in fi. &. ſ. man.l. qui patitur. aliàs autem ſcientia nō præiudicat, niſi acceptio pretij interueniſſet: vt ſupra de eui.l. quidam ex parte. ſic infra de acquir. poſſeſ.l. fundi.

Sciētia quādoque præiudicat : & quandoque non.

x *Fratres.* qui nō ſunt in eiuſdem poteſtate cuius & vir, alioquin cōtrariū eſt, vt. ſ. eo.l. hæc oratio.§. qui in eiuſdem. quæ eſt cōtra.

y *Reddere.* rem factam ſuam ex duabus partibus: vt infra de lega. ij.l. Titia.§. Lucius. Accurſius.

VIr vxori.] CASVS. Volebam vxori meę donare. x. & ideò permiſi ei ſtipulari à debitore meo. x. antequā exigeret diuertimus.

timus. quæritur, an ipſa agere poſſit? Et dicit quod non. Secundò pone quòd debitor meus ignorans nos diuertiſſe, ſoluit ei: quis repetet? Et diſtinguit: quia aut extat pecunia ſoluta, & debitor vindicat: & tenetur mihi priſtina actione: & liberatur à me cedẽdo mihi vindicationẽ. aut non extat: & tunc ago recta via condictione ſine cauſa, in quantum ipſa locupletior eſt. Viuianus.

a *Inanem.* mulieri: vt ſupra eo. l. ſi ſponſus. §. ſi debitor. Accurſius.

b *Vindicare.* ſed cur debitor habet rei vindicationem, cùm omnino huius rei dominus deſinere eſſe voluit: vt. j. de acqui. poſ. l. ꝙ meo. §. ſi furioſo? Reſpon. aliud eſt in poſſeſſione: & aliud in dominio, ꝙ nõ ita de leui amittitur niſi alius nãciſcatur: vt. j. de acqui. poſ. ſi quis vi. §. differentia. Vel dic vtilẽ ei cõpetere rei vindicationẽ: quia adhuc eãdẽ pecuniam ſoluere eſt obligatus: nec pecuniæ ſolutæ dominium eſt quæſitũ marito: cũ tacitè ꝑpter diuortiũ videatur reuocaſſe mãdatũ: quare ei ꝑ aliũ nu merata eſſe nõ videtur, ideoque nec intelligit̃, ei⁹ dñs. Itẽ ſecundũ R. propter legis interdictũ nõ poteſt trãſire dominiũ in eum, ſicut nec per ſe, nec per alium.

c *Actiones.* rei vindicationem.

d *Exceptione.* ſed cur nõ ipſo iure: vt. s̃. eo. l. hæc ratio. §. ſed ſi debitorẽ? Rñ. quia diuertẽdo donationẽ reuocaſſe videtur: & ſic inhibuiſſe ne ei ſolueretur: vt. s̃. e. cũ hic. §. ſi diuortiũ. Ot. imò & ſi nõ diuertiſſet, haberet exceptionem & condictionẽ: vt. j. de ſolu. l. cũ quis. §. ſi debitorẽ. Vnde poteſt dici ꝙ hîc ſciẽs non valere mulier accepit: ibi ignorans: ar. d. l. §. ſi debitorem. in prin.

e *Nomine.* ex iure ceſſo.

Debitor delegatus poteſt opponere exceptionem delegationis inualidæ: ſi tamen ignoranter cõmiſerit, liberatur. hoc dicit quem caſum nota. Bartolus.

XXXIX. IVLIANVS *libro quinto ex Minicio.*

VIr vxori pecuniam cùm donare vellet, permiſit ei vt à debitore ſuo ſtipuletur: illa cũ id feciſſet, prius quàm pecuniam auferret, diuortium fecit. quæro vtrum vir eam ſummam petere debeat: an [ex] ea promiſſione propter donationis cauſam actio nulla eſſet. Reſpondi inanem [a] fuiſſe eam ſtipulationem. ſed ſi promiſſor mulieri ignorans ſoluiſſet: ſi quidem pecunia extat, vindicare [b] eam debitor poteſt. ſed ſi actiones [c] ſuas marito præſtare paratus eſt, doli mali exceptione [d] ſe tuebitur: ideoque maritus hanc pecuniam debitoris nomine [e] vindicando conſequetur. Sed ſi pecunia non exſtat, & mulier locupletior facta eſt: maritus eam petet. intellegitur enim ex re mariti locupletior facta eſſe mulier: quoniam debitor doli mali exceptione ſe tueri poteſt.

XL. VLPIANVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

QVod apiſcendæ † dignitatis gratia ab vxore in maritum collatum eſt, eatenus ratum eſt, quatenus dignitati ſupplendæ opus eſt. [f]

† In vulg. Quod adipiſcendæ.

XLI. LICINNIVS *Rufinus libro ſexto Regularum.*

NAm & imperator Antoninus conſtituit, vt ad proceſſus [g] viri vxor ei donare poſſit.

XLII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

NVper ex indulgentia principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus honoris [h] cauſa: vt ecce ſi vxor viro laticlauij [i] † petendi gratia donet, vel vt equeſtris ordinis fiat: vel ludorum [k] gratia.

† i. ſenatoriæ dignitatis.

XLIII. PAVLVS *libro ſingulari Regularum.*

INter virum & vxorem exilij [l] cauſa donatio fieri poteſt.

Vſucapiens videtur habere rem ex titulo præcedenti, non à domino contra quem vſucapit. hoc dicit quam legem not. quia in pluribus locis habemus iſtum effectum: ſed non ita clarè vt hîc. Bartolus.

XLIIII. NERATIVS *libro quinto Membranarum.*

SI extraneus rem viri, ignorans eius eſſe, ignoranti vxori, ac ne viro quidem ſciente eam ſuam eſſe, donauerit: mulier rectè eam vſucapiet. Idemque iuris erit, ſi is qui in poteſtate viri erat, credens ſe patremfamiliâs eſſe, vxori patris donauerit. Sed ſi vir reſcierit C ſuam rem eſſe prius quàm vſucapiatur, vindicaréque eam poterit nec volet, & hoc & mulier nouerit, interrumpetur poſſeſſio: [m] quia tranſiit in cauſam ab eo factæ donationis ipſius mulieris ſcientia. propius [n] eſt, vt nullum adquiſitioni dominij eius adferat impedimentum. non enim omnimodo vxores ex bonis virorum, ſed ex cauſa [o] donationis ab ipſis factæ adquirere prohibitæ ſunt.

D Ex qualitate expenſarum præſumitur an animo repetendi fecerit quis, an non. hoc dicit quod not. quia tota die allegatur. hoc dicit. Bartolus.

XLV. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

MArcellus libro ſeptimo Digeſtorum ſcribit, etiam eum [p] detrahere [q] ſine mulieris damno, & citra metum ſenatuſconſulti, quod detrahentibus negotiationis [r] cauſa occurrit.

E XLVI. IDEM *libro ſeptuagenſimoſecundo ad Edictum.*

hanc cauſam vxor poteſt ei donare. Et eſt laticlauius, qui præeſt A aliis militib⁹ in pugna, & claua ꝓiiciebat inter cõfertiſſimos hoſtes: & ſui milites viriliter pugnãtes debebãt eã recuperare. Viu.

h *Honoris.* ſimplicis. i. ſine adminiſtratione. Accurſius.

i *Laticlauij.* gen⁹ veſtis ſecũdũ quoſdã: vel dic, nomen dignitatis.

k *Ludorum.* præparandorum. non vt amittat pecuniam in alea.

INter virum.] CASVS. Cum vir expectaret mitti in exilium ob delictum, donauit vxori. valebit donatio quam fecit in vxorem: vt ſcilicet confirmetur exilio ſubſecuto. Viuian⁹.

l *Exilij.* futuri, vel iam imminentis: vt ſupra e. ſed ſi mors.

SI extraneus.] CASVS. Rem Titij donauit Seius vxori Titij ignoranti eam eſſe Titij: dicit quòd vſucapit rem viri. Secũdò idem ſi filius vel ſeruus viri donauit: vt ſcilicet vſucapiat. Tertiò quæritur, quid ſi vxor ſcit rem viri eſſe antè completam vſucapionem? & videbatur quòd nõ perficeretur, quaſi donet vir patiẽdo eam vſucapere. quod ſcilicet donare eſt prohibitum. ſed tamen dicit vſucapionem compleri. Viuia.

m *Poſſeſſio.* i. vſucapio, quę ſine poſſeſſione nõ procedit.

n *Propius eſt.* corrigitur hîc quod. s̃. dictum eſt.

o *Ex cauſa.* interueniente.

MArcellus.] CASVS. Vir donauit vxori decẽ, ex quibus mulier emit marmora. cõqueri poteſt maritus in quantum facta eſt locupletior, ſic quòd ſine dãno mulieris, & ſine metu ſenatuſconſul. aufert maritus. eſt enim ſenatuſconſul. quod vetat auferri marmora de ædificiis cauſa negotiationis. Viuianus.

p *Etiam eũ.* ſcilicet maritum.

q *Detrahere.* hîc donauit vxor viro marmora detrahenda de domo vxoris.

r *Negotiationis.* at iſta donatio nõ fit cauſa negotiationis, dicet quis: quod lex negat ſed nec legatũ: ergo eadem ratione valere debet: quia j. de leg. j. l. cætera. Reſpo. imò legatur cauſa negotiationis: quod lex negat ... vt. s̃. pro ſocio. l. nec adlegare videor ob præcedentẽ donationẽ: vt. s̃. de peti. her. l. ſed iecit. §. & quia. quare & permutare videor: vt. s̃. de peti. her. l. ſed & ſi. §. cõſuluit. permutatio autem negotiatio eſt. Vel melius valet iſta donatio, & quia nõ fit cauſa negotiationis: & quia extrahẽdo de domo vxoris, de ſua propria in aliam ſuam videtur trãsferre: arg. j. rerum amo. l. j. quod non eſt prohibitum: vt. j. de leg. j. cætera. §. ſed & ſi quis. in fine. §. Vel loquitur cũ mulier accepit à viro pecuniam ex cauſa donationis, ex qua emit marmora: cõqueri poteſt maritus in quantum facta eſt locupletior: ſic quòd ſine damno mulieris, & metu ſenatuſconſulti auferre poteſt.

QVod adipiſcendæ.] CASVS. Vir volebat expendere. c. pro dignitate conſequenda: quia per gradus inferiorum dignitatum oportebat eum aſcendere. in hanc cauſam viro donat vxor. dicit quòd valet quatenus de hoc dono in hoc impenſum eſt. Viuianus.

In hunc locũ Alex. ab Alex. lib. 4. Gen. dier. ca. 11 & Bud. in annot. ad Pand.

f *Opus eſt.* id eſt quatenus expendit in dignitatem de pecunia donata. ſed & conſtante dignitate videtur licere donare: vt infra ad l. Iul. repe. l. j. Vel dic: licèt non teneatur accipiens lege Iulia repe. hodie tamen non emuntur honores: vt. C. ad. l. Iul. repe. l. penul. & fina.

g NAm & imperator. *Proceſſus.* in honoribus de gradu ad gradum: vt ſupra de nego. geſt. l. quæ vtiliter. & infra de mune. & hono. l. vt gradatim. Accurſius.

NVper.] CASVS. Vir volebat effici miles, vel effici laticlauius pro quibus oportebat eum expendere, & dicit quòd in

ritus.& ſic duobus modis intellige hanc legem: licèt Bul. dixerit ſe neſcire. Accurſius.

Inter virum.] CASVS. Vir habebat poſſeſſionem cuiuſdam rei alienæ fortè emerat eam à non domino. quęritur an poſſit eam donare vxori. & dicit quòd non.

a *Nec poſſeſsionis*. cùm ipſam poſſeſſionem tantum nō rē donare voluit. aliud ſi rem ipſam trāsferendo poſtea donare vellet: vt. j. de acqui. poſſ. l. j. §. ſi vir vxori. Et dicunt hoc ad ſimilitudinem fructuū. fruct⁹ enim donare nō poteſt: vt. C. de iu. do. l. pro oneribus. ſi tamen rē donet, & ipſa bona fide accipiat, fructus ſuos facit: vt. ſ. e. l. de fructibus. Sed tu dic idem in vtroque ſecundum Io. quod ergo hîc dicitur quòd nec eſt donatio: ſubaudi rata, quin facilè reuocetur: vt dixi. ſ. eo. l. ſi eū qui mihi.

Vtrum.] CASVS. Vir geſſit negotia vxoris, & impendit. c. quæ heres viri repetit à muliere. illa dicit donum morte cōfirmatum, ſed heres viri dicit impenſum animo repetendi. dicit quòd ex quantitate impenſæ præſumitur donum, vel non. ſi paruum eſt, donum eſt: aliàs non. Item ex genere impenſæ. nam ſi voluptaria, videtur quòd non animo repetendi: ſi neceſſaria, ſic. Viuia.

b *Non difficilis*. In dubio autem præſumam nō donare: vt ſupra de probationibus. l. cū de indebito. §. j. niſi ratio ſanguinis vel affinitatis vel viciſſim donationis collatæ ſuccedit: vt ſupra de probationibus. l. Procula. &. ſ. eo. l. ſi ſeruus communis. & ſupra manda. ſi verò nō re. §. idem Papinianus. & dixi etiā de hoc ſ. ad Vellei. l. ſed ſi ego. in fi. Accurſius.

Quæ iam.] CASVS. Vir donauit vxori. x. & vxor præmoritur: & legat viro multa. vir repetit donum. Et dicit quòd poteſt, licèt mulier prelegauerit. Viuianus.

c *Quæ*. ſcilicet bona. Accurſius.

d *Ei*. ſcilicet viro. Accurſius.

e *Sulpicius*. ſcilicet ſcribit.

f *Eum*. ſcilicet fundum.

g *Agatur*. quod eſt hîc donatio.

h *Repetere*. ex innominato contractu do vt facias. Accurſius.

i *Miniſterio*. ita quòd vir nihil lucretur: de quo duo exempla poſuit, dicens, & id &c.

k *Egit*. idem & ſi hoc non egit expreſſim: vt ſupra de cōdict. cauſa. l. ſi pecuniam. Accurſius.

INter virum & vxorem nec poſſeſſionis a vlla donatio eſt.

XLVII. CELSVS *libro primo Digeſtorum.*

VTrum negotium vxoris gerens, an officio mariti ductus, in rem eius impenderit vir: facti non iuris eſt quæſtio. coniectura eius rei ex modo & ex genere impenſæ non difficilis b eſt.

B

XLVIII. IDEM *libro nono Digeſtorum.*

QVæ c iam nuptę maritus donauit, viri manent: & poteſt ea vindicare: nec quicquam refert, quòd ampla legata ab vxore ei d relicta ſunt.

Nudus miniſter dicitur qui nullum commodum ſentit. aliàs non dicitur quis nudus miniſter. hoc dicit de quo plenè dixi in. l. ſi quis Titio. infra de leg. ſecundo. Bartolus.

XLIX. MARCELLVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

SVlpicius e Marcello. Mulier quæ ad communem filium volebat, qui in poteſtate patris erat, poſt mortem patris fundum peruenire, eum f patri tradidit, vti poſt mortem reſtituatur filio. quæro an donatio tibi videatur, vt nihil agatur: g an valeat quidem, ſed mulieri poteſtas detur, ſi noluerit* eum repetere. h Reſpondit. Si color vel titulus (vt ſic dixerim) donationi quæſitus eſt, nihil valebit traditio: id eſt ſi hoc exigit vxor, vt aliquid ex ea re interim commodi ſentiret maritus. alioquin ſi ſolo eius miniſterio i vſa eſt, & id egit, k vt vel reuocare ſibi liceret, l vel vt res cum omni emolumento m per patrem poſtea ad filium tranſiret: cur nō idem perinde ſit ratum, ac ſi cum extraneo tale negotium contraxiſſet, hoc eſt, extraneo in hanc cauſam tradidiſſet?

* Vet. exemplar habet, ſi voluerit vt & vulg. edit. & meus antiquiſ. manu ſc. vtrunque rectum eſſe poteſt.

Eo ipſo quis eſt locupletior, quòd ab obligatione eſt liberatus: non autem eoipſo quòd ſibi pecunia datur: niſi ex ea pecunia apparet aliquid apud eum remanſiſſe. hoc diçit quod nota: quia eſt caſus bonus. Bartolus.

A

l *Liceret*. cū fructib⁹ medij tēporis, per condictionē ob cauſam.

m *Emolumento*. fructuum. Accurſius.

n *Si cùm mulier. Quæ ære*. id eſt quod ipſa debebat. & facit. ſ. eo. l. quod autem. §. eleganter. &. §. ſi vxor.

o *Liberata eſt*. niſi ſoluat. q. d. ſolutione viri non fuit liberata: tum quia adhuc non tenebatur: tum quia nō ſoluit vir venditori.

Vnius ſolutio alterum quandoque nō liberat.

L. IAVOLENVS *libro tertiodecimo Epiſtularum.*

SI cum mulier viginti ſeruum emiſſet, in eam emptionem vir quinque vēditori dedit: diuortio facto, omnimodo vir eā ſummā exiget. neque ad rem pertinet an is ſeruus deterior factus ſit. nā & ſi mortuus eſſet: quinque exactio ei competeret. quæritur enim an mulier ex viri patrimonio locupletior ſit eo tempore quo de dote agebatur. facta autem intellegitur, quæ ære n alieno ſuo, interuētu viri liberata eſt, quod potuiſſet adhuc debere, ſi vir pecuniam non ſoluiſſet. neque enim intereſt ex qua cauſa mulier pecuniam debuit, vtrum creditam, an eam quam ex emptione præſtare debeat. Quòd ſi mulier non emerat ſeruum, ſed vt emeret, à viro pecuniam accepit: tum vel mortuo vel deteriore facto ſeruo damnū ad virum pertinebit: quia quod aliter emptura † non fuit, niſi pecuniam à viro accepiſſet, hoc conſumptum ei periit, qui donauit: ſi modò in rerum natura eſſe deſiit. nec videtur mulier locupletior eſſe, quæ neque à creditore ſuo liberata eſt, o neque id poſsidet quod ex pecunia viri emerat.

C

† In arch. & veteri erat, emptum vt teſtatur Taurell. & ita quoque in meo manu. reperi. quare miror illum à fide archetyp. deſciuiſſe, cum hæc lect. ferri poſſet.

D

Quicquid mulier quærit: præſumitur quæſiuiſſe ex bonis viri. h. d. ſubaudi ratione turpis quæſtus euitandi. Bartolus.

LI. POMPONIVS *libro quinto ad Quintum Mucium.*

QVintus Mucius* ait: cùm in controuerſiā venit. vnde ad mulierem quid peruenerit: & verius & honeſtius eſt, quod non demonſtratur vnde habeat, exiſtimari p à viro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eam perueniſſe. Euitandi autem turpis quæſtus gratia circa vxorē hoc videtur Quintus Mucius probaſſe.

E

* Concord. tex. in. l. etiā. C. e. tit. adde vidēdū. Fran. Cre. ſingu. 6. fo. 1. iunctis additis ibi ad eum.

LII. PAPINIANVS *libro nono Quæſtionum.*

SI vir vxori donationis cauſa rem vilius locauerit, locatio q

p *Quintus Mucius. Exiſtimari*. hoc dicunt eſſe verum, niſi diuertit mulier. nā tunc ſuſpicio eſt quòd propter aliquod delictum in matrimonio cōmiſſum diuertit. quia ergo aliqua vel turpis quæſtus poteſt eſſe ſuſpicio eligitur vt magis de bonis mariti quæſierit. ſed cùm ſoluitur matrimonium morte, ſine alicuius voluntate, non eſt cauſa quare turpē præſumam quæſtum. ſed ſecundum Io. vbique idē vt. C. e. l. ij. ar. tamen cōtra. C. arb. tute. l. ſi defunctus. Item ſume hîc argu. quòd idem debet eſſe in filio, vel ſimilibus, vt præſumatur de bonis patris in dubio quæſiſſe: vt ſic ſit commune cum fratribus. ſed certè contra dico in fratre: quia non eſt ibi cauſa talis ſuſpicionis: & ideò dico contra, argu. dictæ. l. ſi defunctus. nam diſtinguo vt no. C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. Accurſius.

Si vir vxori.] CASVS. Vir volens donare. x. vxori, locauit ei domum pro. x. dignā penſione. xx. dicit ꝙ nulla eſt locatio. Secūdò dicit, ſecus in depoſito: vt ecce vir depoſuit apud vxorem librum valentem. xx. æſtimatū. x. vt ſic vxor poſſit reddere æſtimationē, erit quidem depoſitum: ſed æſtimatio non valebit. Tertiò dicit rationem diuerſitatis: quia in locatione merces eſt de ſubſtātia locationis, ſed in depoſito æſtimatio nō eſt de ſubſtantia depoſiti: cùm citra æſtimationē valeat depoſitū: ſed locatio non citra mercedem. [VXOR.] Mulier faciens teſtamentum præcepit heredi etiam præſenti vt fructus cuiuſdam fundi daret viro poſt mortē mulieris: vel curaret ita quòd haberet: alioquin fecit ſtipulari virum ab herede ibidem. c. ſi vir præmoritur: nulla ſit ſtipulatio. ſed ſi extraneo eſſet facta cauſa mortis, valeret, ſed per condictionem ob cauſam reuocaretur.

q *Locatio*. Si volēs dare, locationē cōmētus eſt. i. finxit: vt. ſ. eo. l. ſi ſpōſus. §. circa. Io. quod enim in fraudem orationis agitur, pro infecto habetur: ergo & minor merces ex eo cogitata in fraudem erit nulla: ergo & locatio nulla: ſed depoſitum tenet etſi nulla ſit æſtimatio:

Pro infecto habetur quod in fraudem orationis agitur.

æſtimatio: quaſi ſcilicet merces ſit de ſubſtantia locationis: ſed nõ ſic in depoſito non æſtimato. Accurſius.

a *Depoſitum*. vt ſupra depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum.

b *Non poteſt*. vt. ſ. cõmuni diui. ſi conuenerit. & in pecunia: vt. ſ. de præſcript. verbis. l. naturalis. §. j. & depo. l. j. §. ſi quis.

A nulla eſt. Cùm autem depoſitũ [a] inter eas perſonas minoris donationis cauſa æſtimatur, depoſitum eſt. Hæc ideò tam variè, quia locatio quidem ſine mercede contrahi non poteſt: [b] depoſitum autem & citra æſtimationem quoque dari poteſt.

Donatio cauſa mortis extinguitur morte donatarij donatore ſuperuiuente. hoc dicit. quẽ. §. nota: quia allegabilis eſt. Bartolus.

B Vxor viro fructum fundi ab herede ſuo dari; [c] quòd ſi datus non fuiſſet, certam pecuniã mortis cauſa promitti curauit; [d] defuncto viro viua muliere, ſtipulatio ſoluitur, vt traditio quæ mãdãte vxore mortis cauſa facta eſt. nam quo quaſu inter exteros cõdictio [e] naſcitur, inter maritos [f] nihil agitur.

C LIII. IDEM *libro quarto Reſponſorum*.

MOrtis ſuæ cauſa genero vel nurui ſocerum fruſtra donare conuenit: quia mortuo ſocero nuptiæ non ſoluuntur: nec intereſt, an pater filiũ vel filiam exheredauerit. Diuortij ſpecies [g] eadem ratione [h] diuerſa [i] eſt. Res in dotem æſtimatas conſentiente viro mulier in vſu habuit. vſu deteriores ſi fiant, damni compenſatio [k] non admittitur. Eaſdem res non poteſt mulier ſibi quaſi donatas defendere ex illis verbis, D quibus donationes [l] ei à viro legatæ ſunt: cũ eiuſmodi ſpecies [m] neque donari [n] neque auferri videtur.

Si vſuras dotis vir viuens nõ petit, donare videtur: & periculo viri ſunt: & morte confirmantur. Bartolus.

LIIII. IDEM *libro octauo Reſponſorum*.

VIr vſuras † promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxerat, eáſque non petierat. cùm per omne E tempus matrimonij ſumptibus ſuis vxorem & eius familiam vir exhiberet, [o] dote prælegata, ſed & donationibus [p] verbis fideicõmiſſi cõfirmatis, legato [q] quidem dotis vſuras [r] nõ cõtineri videbatur ſed titulo donationis remiſſas.

c *Dari*. promitti curauit, quod eſt infra, per ſtipulationem mortis cauſa.

d *Curauit*. vt vxor vel heres. *Defuncto viro*. ſcilicet donatario. Accur.

e *Condictio*. vt. j. de do. cau. mor. ſenatus. §. donatio. in fi. & facit. ſ. e. ſed interim. j. reſpon.

f *Maritos*. id eſt coniuges. Accurſius.

MOrtis.] CASVS. Si ſocer nurui cauſa mortis donat: nõ valet, licèt moriatur ſocer: quia adhuc eſt matrimoniũ, etiam ſi ſocer filium exheredet. Secũdò dicit ſecus eſſe ſi ſocer donat nurui in cauſam diuortij ſub tẽpore diuortij: quia valet: cùm in caſu ſoluti matrimonij conualeſcat. [RES.] Vxor dedit in dotem quaſdã res æſtimatas ꝑ. c. quas poſtea vir cõceſſit eidem mulieri ad vſum. licét fiant apud eã deteriores in. l. & poſtea repetit. c. nomine dotis mulier. ſ. ſo. matri. non cõpenſat vir vel heres eius dicta. l. Secundò quæritur: ſi in teſtamẽto vir dixit: qđ donaui vxori, eidem lego: an dictæ res datæ ei ad vſum, videãtur ei legari? Et dicit quod nõ.

g *Species*. Si ſocer ſub tempore diuortij in caſum diuortij donauit: vt. ſ. eo. l. ſed interim. §. fi. & verè ſoluitur inter coniuges. Accurſius.

h *Eadem ratione*. ceſſante. i. locũ non habente, quia. ſ. remanſit matrimoniũ: hìc ecõtra fuit ſolutum. vel quoad omnes ſecũdum primum: vel quoad ſocerum. ſecundũ alium caſum: vt. j. de verb. obliga. inter ſtipulantem. §. ſacram.

† Ex iſta lege iuncto Bar. hìc, vt in ſummario, colligitur vnum dictũ bene notandum, & tale quod non fuit repertum alibi: prout dicit Fran. Cremo. ſing. 5. in. 1. folio.

i *Diuerſa*. à caſu prædicto: quia tũc ſoluentur nuptiæ: quod non eſt in ſuperiori caſu. Vel dic loqui eodem caſu tãtũ, ſcilicet quod remãſit matrimonium hìc &. ſ. Sed hìc fuit ſolutum quoad ſocerum: vt. ſ. eo. l. cùm hic ſtatus. §. ſi ſocer. Acc.

k *Compenſatio*. ſcilicet ad dotem. Accurſius.

l *Donationes*. id eſt res donatæ.

m *Species*. legati. Accurſius.

n *Donari*. ſcilicet res prædictæ.

o VIr. *Exhiberet*. alioquin ſi eam maritus non exhibuiſſet, etiã citra ſpeciem donationis mulier ſe tuebitur: vt infra de doli except. l. fi. in princip.

p *Et donationibus*. quibus liberauit vxorem de eo quod debebat ſibi, vel fortè non petendo videtur donaſſe: ar. C. de bo. quæ lib. cum oportet. Accurſius.

q *Legato*. quia non dos, ſed fructus dotis ſunt vſuræ.

r *Vſuras*. vt q legat dotẽ, nõ ꝑ hoc videt legare vſuras dotis.

ſ VXor. *Soluendo*. omnibus creditoribus.

Res empta ex pecunia mulieris donata viro vindicari poteſt. Bal.

LV. PAVLVS *libro ſexto Quæſtionum*.

VXor marito ſuo pecuniam donauit: maritus ex pecunia ſibi donata aut mobilem aut B ſoli rem comparauit. ſoluendo [ſ] non eſt: & res extãt. quæro, ſi mulier reuocet donationem. an vtiliter condicticia experiatur. videtur enim maritus, quamuis ſoluendo non ſit, ex donatione locupletior effectus, cum pecunia mulieris res camparata exſtet. Reſpondi, Locupletiorem eſſe, ex donatione negari non poteſt. [t] non enim quærimus quid deducto ære alieno liberũ habeat, ſed quid ex re mulieris poſſideat. [u] C ſolo enim ſeparatur [x] hic ab eo cui res donata eſt, quòd ibi res mulieris permanet, & vindicare directò poteſt. & erit deterior cauſa viri, ſi ei pecunia quatenus res valet, non vltra id tamen quod donatum eſt, condicatur, [y] quàm ſi dotis iudicio [z] conueniatur. ſed nihil prohibet, [a] etiam in rem vtilem * mulieri in ipſas res accõmodare. [b]

LVI. SCÆVOLA *libro tertio Quæſtionum*.

D SI quod mihi mortis cauſa donare vellet, ego purè vxori donare vellem: non valet quod vxori iubeo dari: quia illo conualeſcente, condictione teneor. mortuo autem, nihilominus pauperior ſum. non enim habeo quod habiturus eſſem. [c]

Donatio quæ poteſt cõdici, poteſt in ſtipulationem conuerti: & ſtipulatio poteſt probari per literas. Bartolus.

LVII. PAVLVS *libro ſeptimo Reſponſorum*.

E EA quæ à marito ſuo pecuniã ex cauſa donationis acceperat, literas ad eum † miſit huiuſmodi: *Cùm petenti* [d] *mihi à te domine chariſſime, adnuerit* [e] *indulgentia tua*

t *Non poteſt*. Arg. cõtra prælatos cũ emerũt rẽ aliquam, vt detur vtilis rei vind. eccleſiæ, ſi modò probet ſua pecunia res empta. Itẽ cõtra vxores quæ nomen tãtũ ſuũ in inſtrumẽtis apponi faciũt, nõ mariti. arg. cõtra. C. eodem. l. ſi filij tui. Accurſius.

u *Poſſideat*. ergo tenetur cõdictiõe ſine cauſa: quæ differt ab actione de dote: vt ſubiicit &c. Item vtili in rem vt in fi. quæ differt, qñ rẽ dediſſet: vt ſubiicit ſolùm. Accurſius.

Condictio ſine cauſa & actio de dote differunt.

x *Separatur*. i. ſeparatur hìc maritus cui pecunia eſt data, ab eo marito cui res donata eſt: quia res vbi eſt donata ſi extat res, directò vindicatur: hìc autem vtiliter. Accurſius.

y *Cõdicatur*. vt. ſ. e. qđ autem. §. idem diuus.

z *Iudicio*. quia cõdemnabitur propter pecuniam condictione ſine cauſa in ſolidũ diuortio facto: vt. ſ. nego. geſtorũ. l. diuortio. alioquin diuortio nõ facto cõuenietur in quãtũ facere poteſt: vt. j. de re iudi. nõ tãtum. ſed iudicio de dote & antè & poſt agitur in quãtum facere poteſt.

* rei vindicationẽ ſcilicet.

a *Prohibet*. hoc caſu.

b *Accommodari*. in primo caſu. Et no. ſpeciale, ꝙ res empta ex mea pecunia ſit mea, vtiliter ſaltẽ. ſic & aliàs videtur: vt. C. de rei vin. ſi vt proponis. &. C. arg. tute. l. curator. Accur.

Emptum ex mea pecunia, meũ eſt.

SI quod.] CASVS. Aliquis volebat donare mihi fundum cauſa mortis. ego volens eũdẽ donare purè vxori meæ, iuſſi ei dari. Et dicit ꝙ nõ valet: quia ſic fio pauperior. ſ. in hoc quia cõualeſcente donãte teneor ei ad æſtimationem fundi. & ſic fio pauperior. Sed & ſi moritur, adhuc fio pauperior: quia non habeo quod erã habitur⁹. Vi.

† Ergo ad abſentem, quicquid finguat Duarenus, propter verba extrema huius legis.

c *Habiturus eſſem*. vt ſupra eo. l. idemque eſt.

EA quæ.] CASVS. Vir donauit vxori viginti, & ipſa promiſit per ſtipulationem ſe reddituram illa viginti, ſi illa ſine cauſa dimiſerit virum: mulier poſtea miſit viro repudium ſine cauſa. Dicit quod commiſſa eſt ſtipulatio: & tenetur mulier in ſolidam pecuniam. ſecus ſi ſtipulatio non interceſſiſſet: quia tunc non teretur niſi in quantum locupletior eſt. Viuianus.

d *Cum petenti mihi*. quandam ſummam.

e *Adnuerit*. id eſt conceſſerit: vel dederit ex cauſa donationis.

UNED

a *Poſſe*:ſed nonne inter abſentes fuit promiſſum: ergo non valet:vt inſtitu.de inuti.ſtip.item verborum. quæ eſt contra? Solu. hîc antè epiſtolam ſpoponderat:ſicut ex hac litera probatur. ait enim,quæ ſumma mihi numerata eſt &c. Sed hîc mulier repetit in epiſtola quã fecerat in numeratione, vt maritũ reddat certiorem. Nec obſtat quod dicit, quoniam ex donatione&c.nam donatio dicitur propter cõmodum medij temporis: ſed exiſtente conditione tranſit in creditum: vt infra de dona. Ariſto. Si autẽ fuerit ſimplex donatio,reuocatur in quãtum eſt locupletior facta:vt hîc ſubiicit.

b *Conuerſa eſt*. Imò videtur non conuerti:vt.ſ̃.manda.l.qui negotia, quæ eſt contra.Sed hîc interceſſit ſtipulatio, ibi nudum pactum. Vel hîc pecuniam ad man⁹ habebat: ibi non. Item contra.j̃. de verb. obli. l. ſtipulatio facta. vbi dicit non valere huiuſmodi ſtipulationes pœnales.ſ.ſi fiant diuortia: quia contenti eſſe debemus pœnis lege cõprehenſis.Sol. hîc pœna proceſſit à ſtipulatione:aliàs ſecus:vt ibi. Accurſius.

c *Non probetur*.& ita creditur nulla conditio appoſita.Accurſius.

S*I prædia.*]CASVS. Titius donauit concubinæ ſuæ quaſdã res: & ſic tenuit ſtatim donatio: & deinde accepit eam in vxorem: & permutauit cũ ea quaſdam alias ſuas res cum illis donatis antea. Dicit quòd tenet permutatio. Secundò quærit: ſi iſte aluit mãcipia mulieris, animo donandi cibaria, an poſſit repetere? & planè ſoluit. [FILIVS.] Titius habebat vxorem diuitem & ex ea filium Seium ſapientem, qui res matris adminiſtrabat. die quadã de pecunia matris emit quaſdam res pro cẽtum,& fecit fieri inſtrumenta in perſona ſua filius matre volẽte. tandem hic filius obiit: & pater bona filij iure peculij occupauit. nũc mater filij vult agere cõtra illum virum pro illis centum,vel pro rebus exinde emptis.quęritur an poſſit,& in quãtum?Et diſtinguitur: quia aut mater voluit filium obligare, & non donare ei:& tunc tenetur vir vxori de peculio intra annum computandum à morte filij. ſi non ei voluit donare,condicet mulier pecuniam in quantum vir eſt locupletior.Viuianus.

d *Seiæ*.concubinæ.

e *Concubinatus*.vt infra de dona.l.affectionis.Accurſius.

f *Acceptis*.à marito.Accurſius.

*viginti ad expediendas quaſdam res meas: quæ ſumma mihi numerata eſt ſub ea conditione, vt ſi per me meóſque mores quid ſteterit quò minus in diem vitæ noſtræ matrimonium permaneat,ſiue inuito te diſceſſero de domo tua, vel repudium tibi ſine vlla querela miſero, diuortiúmque factum per me probabitur: tunc viginti quæ*
B *mihi hac die donationis cauſa dare voluiſti, daturam reſtituturam me ſine vlla dilatione ſpondeo.* Quæro, an ſi eadem Titio marito ſuo repudium miſerit, pecuniam reſtituere debeat. Paulus reſpondit, pecuniam quam vir vxori donauit, ex ſtipulatione propoſita, ſi conditio eius exiſtit, peti poſſe:[a] quoniam ex donatione in pecuniã creditam conuerſa eſt.[b] quòd ſi ſtipulatio commiſſa non probetur:[c] tunc tantũ peti poſſe,quanto locupletior ex ea donatione fa- C
cta probetur.

Valet donatio inter concubinã & amaſium,nõ autẽ inter virũ & vxorem.Bartolus.

LVIII. SCÆVOLA *libro ſecundo Reſponſorum.*

SI prædia & mancipia Seiæ[d] data,effecta ſint eius tempore concubinatus,[e] ac poſtea tẽpore matrimonij aliis acceptis[f] reddita ſunt: quid iuris eſt? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerẽtur, negotium potius geſtum[g] videri, quàm donationem interueniſſe.[h] Item cùm quæreretur de cibariis mancipiorum, reſpondit tempore quidem concubinatus data cibaria repeti non poſſunt, ſed nec tempore matrimonii, ſi ea mancipia vxoris in communi[i] vſu fuerint.Filius rebus[k] matris interuenire ſolitus, pecunia matris conſentiente ipſa mancipia & res mercatus, emptionum inſtrumenta ſuo nomine confecit. deceſſit in matris poteſtate. quæſitum eſt, an mater cum marito[l] ſuo experiri, & qua actione vti poſſit. Reſpondit, ſi mater obligatum filiũ in ea pecunia voluit eſſe:intra annum poſt-

A g *Geſtum*.id eſt permutationem factam.Accurſius.

h *Interueniſſe*.vt ſupra eod.l.ſi donatæ.in fi.

i *In communi*.alioquin contra:vt ſupra eo.l.ſed ſi vir.§.fi.

k *Rebus*.adminiſtrandis.Accurſius.

l *Marito*.cui per filium quæſitum eſt.Accurſius.

quàm filius deceſſit, de peculio cum patre in cuius poteſtate[m] fuiſſe proponatur, actionem[n] habere.ſi donauit, repeti poſſe quantò locupletior ex ea donatione pater factus eſt.

LIX. PAVLVS *libro ſecundo Sententiarum.*

B SI quis vxori ea conditione donauit, vt quod donauit, in dotem[o] accipiat:defuncto eo donatio conualeſcit.[p]

LX. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

VItricus & priuignus inuicem ſibi donare prætextu matrimonij non prohibentur. Diuortii cauſa donationes inter virum & vxorem conceſſæ ſunt.[q] ſæpe enim euenit,vti propter ſacerdotium† vel etiam ſterilitatem,

LXI. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

C VEl ſenectutem, aut valetudinem, aut militiam ſatis commodè retineri matrimoniũ non poſſit:

LXII. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

ET ideò bona gratia matrimonium diſſoluitur.[r] Diuortio facto, nec inſtaurato matrimonio, non confirmabitur[ſ] inter virum & vxoren facta donatio:nec inter patronum[t] & libertam.[u] Si ab eo[x] inuito diuer-
D tere non licet,facta[y] donatio ſeparatur,[z] cùm inter hos diuortiũ intercedat.perinde enim id quod donatum eſt, habetur diuortio intercedente, ac ſi donatum non fuiſſet.

LXIII. PAVLVS *libro tertio ad Neratium.*

DE eo quod vxoris[a] in ædificium viri ita coniunctum eſt, vt detractum alicuius vſus eſſe poſſit, dicendum eſt agi poſ-
E ſe,[b] quia[c] nulla* actio[d] eſt, ex lege duodecim tabularum, quãuis decemuiros[e] non ſit credibile de his ſenſiſſe, quorum volũtate res eorum in alienum ædificium coniunctæ eſſent. Paulus

m *Poteſtate*. & ſic pater iure peculij omnia occupauit. Accurſius.

n *Actionem*. mandati, vel negotiorum geſtorum.Accurſius.

S*I quis.*]CASVS. Donauit vir vxori fundum, vt ea eidem viro in dotem det. quod & factum eſt. moriente viro confirmatur donatio: & ita iudicio de dote repetet mulier illum fundum.Viuianus. l.8.j̃.de re. dub.

o *In dotẽ*.& ita ſe obligat ad id reſtituendum ſoluto matrimonio.

p *Conualeſcit*. morte: vt. C. de dote cauta nõ nume.l.ij.Accurſius.

q V*Itricus*. *Conceſſa ſunt*.vt.ſ̃.eo.ſed interim.in fi.

† Vt apud Valerium Max. lib. 2. inter Sp.Gabiliũ & eius vxorem primum diuortium Romæ factum eſt.

E*T ideò.*]CASVS in §.diuortio. Donaui vxori meæ fundum. diuerti ab ea. irritatur donatio. Item donaui vxori meæ,quæ & mea liberta erat. diuertit à me,quamuis inuito. licèt hoc facere non debeat me inuito, tamen tenet diuortiũ: & ideò donatio quam in eam fecerã,infirmatur. Viu.

r *Diſſoluitur*. quod nõ fit hodie: vt in authen. vt lic. ma. & auiæ. §. quia verò ex conſenſu. col.viij.

ſ *Non cõfirmabitur*.imò infirmatur,& reuocari videtur: vt ſupra eod. l.ſed interim.§. ſi maritus.

t *Patronum*.ſ.virum.

u *Libertam*.ſ.vxorem.

x *Si ab eo*.ſi.i.quãuis.

y *Facta donatio*. cõſtante matrimonio.

z *Separatur*.poſt diuortium: ſed ſtatim infirmatur.Accurſius.

D*E eo quod.*]CASVS. Vxor tignum ſuũ donauit viro:qui vir illud poſuit in ædificio ſuo.nunc vxor pœnitet* & vult reuocare: quæritur vtrum poſſit. Et dicitur quòd ſic,ſi ad aliquem vſum eſſe poſſit amodo tignum, & hoc ſoluto ædificio: vt dicit in fine. nõ autem eo durante:vt dicit ſupra,quia lex. xij. tab.vetat diſſolui ædificiũ. licèt de hoc caſu non ſenſit,quando domina volente alienum vir immiſit.Viuianus.

* de tigno iuncto ſcilicet, ſed vtili rei vindicatione,vt hîc innuitur, nõ autẽ ad exhibendum, vt quidam putant.

a *Vxoris*.volentis donare viro.

b *Agi poſſe*.diſſoluto ædificio:vt in fi.dicit.

c *Quia*.aliàs quia,& aliàs quamuis,id eſt quia.

d *Actio eſt*.durante ædificio.Accurſius.

e *Decemuiros*.qui compoſuerunt leges.xij.tab.

Notat.

a *Notat*.ſcilicet addendo,non corrigendo.
b *Soluta*.i.diſſoluto ædificio:ſed & manẽte ædificio ad æſtimatione cõdic.ſine cauſa quaſi cõſumptũ ſit agi poteſt, velut in rẽ.
c *Furtiuum*.Not.quòd eo ſolo caſu cùm quis mala fi.iniũxit,agi poteſt de tigno iniuncto:non aliàs : ſed agitur rei vin. & iuratur in litem: vt inſti.de rerum di.§. cũ in ſuo. Io.

V *Ir mulieri*.] CASVS. Ab vxore mea diuerti : & poſtea ei donaui, vt ad me rediret, & rediit: tãdem iterum diuertit.an valeat donatio?Et dicitur quod ſic: ſi verum diuortiũ fuit illud primum, quod au tem ſit verum, poſtea exponit.Viuianus.

d *Dederat*. promiſſio autẽ ob hoc facta non valet:vt.j̃.de ver. obli. ſi ita ſtipulatus fuero.§. fi.&.l.Titia. Accurſius.
e *Verum*.id eſt verum vel non contrarium:vt s̃.de rit.nup.l.plerique.
f *Diuortiũ*.ſcilicet primũ:quia verè antè donationem cõtingit. ſed aliter. s̃. dicitur diuortij cauſa donari : ſcilicet quòd diuortiũ futurum creditur.ſic. s̃.e. vitricus. §. diuortij. & l.ſed interim.in fi.l.
g *Factam*. vel diuortij ſcilicet facti, vel faciẽdi:vt ſupra eo.vitricus. & dic verum eſſe,id eſt præſumi.Accurſius.

Q *Vod vir*.] CASVS. Contraxit Titius ſpõſalia cũ Berta nõdũ duodẽni per verba de futuro.interim eã accepit in vxorem nondum nubilem,& ei donauit. valet donatio.Viuia.

h *Exiſtimo*. cùm ſponſalia præceſſerũt: vt. s̃. eod.l.cùm hic ſtatus.§. fin.Accurſius.

S *Eia*.] CASVS. Titius cùm die dominica poſt tertiã deberet Bertã in domo patris accipere in vxorẽ,& poſtea ducere in domũ ſuã, & facere inſtrumẽtũ dotis:donauit eidem Bertæ.x. aureos. quæritur, an valeat donatio? Et dicit quòd non eſt curandum quando donatio fiat,ſcilicet antè inſtrumentum dotis,vel poſt,vel antè ductionem,vel poſt ſolùm,an antè matrimonium:& ſic valet.an poſt : & ſic non valet. [VIRGINI.]Per ſuperiorem caſum intelligas iſtum.Viuianus.

i *Dotis*.poteſt hæc eſſe vxor antequam in domum ducatur : & poteſt duci in domum,nec erit vxor:licèt rarò hoc eueniat : & ideò attinet potius ad inquirendũ,an antè contractum matrimonium donatio ſit facta.

k *Attinuiſſe*.q.d.exprimi tantùm non atinuiſſe, id eſt non eſſe curandum inquirendo , id eſt vt inquirat tempus antequam domum vbi duceretur,donatio facta erat.aut non attinuiſſe,repetere vt ſupra,an donatio ſit facta antè tempus tabularum,inquirendo &c.ſecundum quoſdam.Vel hîc reſpon.Scæuola non attinuiſſe, id eſt non pertinuiſſe ad rem exprimi tempus, ſcilicet an donatio facta eſſet antequam domum ducatur.aut pro &, & non attinet exprimi tempus tabularum ſimul cum prima,quæ plerũque &c. & bene infert:itaque.q.d.nõ eſt neceſſe exprimi illa duo: ſed primum tantùm,itaque &c.& ſecundùm iſtos ductio impedit donationem,etſi nõ ſit vxor &c.ſed nõ placet.ſed pro hac. s̃.de rit. nup.l.mulierẽ.Vel breuius ſecũdum Yr.& R.q.d.nõ fuit neceſſe

* Mecœnatis vxor fuit. Sueto.in Auguſto : qui addit per iocũ Terẽtillã ab Antonio vocatam, & Seneca in li. de prouidẽ. Dion. videtur eã vocare Terentianam.
† Flo.Decenatem.

notat. [a] ſed in hoc ſolum agi poteſt, vt ſola vindicatio,ſoluta [b] re competat mulieri:non in duplum ex lege duodecim tabularum. Neque enim furtiuũ [c] eſt, quod ſciente domino incluſum eſt.

Donatio facta mulieri diuertenti vt reuertatur,valet.Bald.

LXIIII. IAVOLENVS *libro ſexto ex Poſterioribus Labeonis.*

B

VIr mulieri diuortio facto quędã idcirco dederat, [d] vt ad ſe reuerteretur. mulier reuerſa erat: deinde diuortium fecerat.Labeo: Trebatius inter Terẽtiã* & Mecœnatẽ† reſpõdit,ſi verũ [e] diuortiũ [f] fuiſſet,ratã eſſe donationem: ſi ſimulatum , contra. Sed verum eſt quod Proculus & Cæcili⁹ putãt,tũc verũ eſſe diuortium,& valere donationẽ diuortii cauſa [g] factã, ſi aliæ nuptiæ inſecutæ ſunt, aut tã lõgo tẽpore vidua fuiſſet,vt dubiũ non foret alterum eſſe matrimonium : aliàs nec donationẽ vllius eſſe momenti futuram.

LXV. LABEO *libro ſexto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

QVod vir ei quæ nondum viripotens nupſerit donauerit, ratum futurum exiſtimo. [h]

Donatio facta poſt matrimoniũ eſt illa quæ infringitur : nec inſpicitur an fuerit facta antè traductionẽ, vel poſt. quod locũ habet in certo caſu. in caſu verò dubio bene inſpicitur vtrum fuerit facta antè traductionẽ,vel poſt.Hoc dicit cũ glo.fin.ſequen.l.Baldus.

LXVI. SCÆVOLA *libro nono Digeſtorum.*

SEia Sẽpronio cũ certa die nuptura eſſet,antequã domũ deduceretur,tabulæque dotis [i] ſignarẽtur , donauit tot aureos. quæro an ea donatio rata ſit.nõ attinuiſe, [k] tẽpus, an antequã domũ deduceretur,donatio facta eſſet,aut tabularũ cõſignatarum, quæ plerumque & poſt contractum matrimonium fierent , in quærendo exprimi. [l] Itaque niſi antè matrimonium contractum quod conſenſu [m] intellegitur,donatio facta eſſet non valere. Virgini in hortos deductæ antè diem tertium quàm ibi nuptiæ fieret:cùm in ſeparata diæta ab eo [n] eſſet,dic nuptiarum,priuſquã ad eum tranſiret,& priuſquã aqua [o] & igni acciperetur,id eſt * nuptiæ celebrarẽtur, obtulit decem aureos dono. quæſitum eſt, poſt nuptias cõtractas diuortio facto,an ſumma donata repeti poſſit. Reſpondit id, quod antè nuptias donatũ,ꝓponeretur, nõ poſſe de dote deduci. [p]

C

In re empta de pecunia donata à viro vxori,cõſiſtit donatio, ſi illa donetur ab vxore viro. Baldus.

LXVII. LABEO *libro ſecundo pithanon à Paulo Epitomatorum.*

SI vxor nummis à viro , aut ab eo qui in eius poteſtate eſſet,ſibi donatis,ſeruũ emerit: [q] deinde cũ eius factus fuerit,eũ ipſum donationis cauſa viro tradiderit: rata erit traditio , quamuis ea mẽte facta fuerit, qua cæteræ donationes:neque vlla actio eius nomine dari poteſt.

D

## DE DIVORTIIS & repudiis.†

## TITVLVS II.

I. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

DIrimitur matrimonium diuortio, morte, captiuitate [r] vel alia contingente ſeruitute vtrius eorum.

A

hoc totũ exprimere.ſ.antequã domũ duceretur,& antè tabularũ confectionẽ:quia tabulæ plerũque fiũt poſt cõtractũ matrimonium.ſufficeret enim hoc ſi dicat,antè matrimonium donauit. & hæc eſt mens huius.l.ſed non deſcendit bene ad literam.

l *Exprimi*.aliàs exprimit Scæuola.& aliàs exprimi.

m *Conſenſu*.ſcilicet legitimo & de præſenti. ſed ſi hoc ſit dubiũ an ſit facta antè matrimoniũ, vel poſt, dic vt. C. de dona.ante nup.l. cũ in re.Accurſius.
n *Ab eo*.ſcilicet marito futuro.
o *Aqua*. forma qua nuptiæ celebrãtur. vnde verſus.Vota viri captant, quę iam captanda putabant. Quos faciet iuſtos ignis & vnda viros. Item & aliàs. Dictio Græca gamos tędas(.i.parentelas) deſignat apud nos. & aũt tęda de ligno quodam qđ vt candela ardet : & accedebat in matrimonio cõtrahendo: vt ipſi in amore accenderent & aliàs . Dictio Græca gamos mulier vocitat apud nos. Hinc trigamũ retine,bigamũ quo que monogamũque.
p *Deduci*.vt.s̃.e.l.inter eos. ſi autẽ eſſet dubiũ antè nup. vel poſt nup. tunc diſtinguitur, aut eſſet ducta in domum, vel non:vt.C.de dona. antè nu.l.cum in re.
q S *I vxor.Emerit*. à viro, vel ab alio quo etiam caſu vtiliter marit⁹ vidicare poſſet: vt.s̃.e.l. vxor.in fi. Accurſius.

verſus.

* Videtur à Tribon. adtęda de ligno ... ditũ, vt magis euidens eſſet hoc ritu olim perfici nuptias, non ſola in domũ deductione,quod & Lact.lib.6. ait. Vide Bud hîc.

† De cauſis & formulis diuortij Alex.ab Alex. lib.4. cap.8. Vale. Max. lib.2.cap I. Plat. Dialo. II. de legib. Deute.c.24. Math.5. & 19.

DE DIVORTIIS & repudiis.
*Dictum eſt de cõtrahẽdis matrimonijs: nũc de diſiũgẽdis:& dic quod diuortiũ inter cõiuges dicitur : inter ſpõſos repudiũ, ſed promiſcuè vtimur:vt infra de ver bo.ſigni.l.inter diuortiũ. §. 1. & erãt olim multæ cauſæ ex quibus fierẽt diuortia quæ enumerãtur. C. eod. l. conſenſu. tribus additis per Iuſtinianum:vt in authen.de nup.§. has itaque, col. 4. at hodie pauca ſunt:vt in authen.vt lice.ma.& auiæ.§.quia verò plurima.col.8.ſed iure canoni.nullæ ſunt:vt dixi ſupra de negotijs geſtis.l. diuortio.in prin.Accurſius.*

E

*Diuortium eſt quæ inter maritos ſit ſeparatio eo animo vt nunquã redintegretur matrimonium. Repudium fit inter ſponſos vel etiam inter maritos. eademque differentia eſt Græcis inter* διέσιον *&* διαζύγιον*.nam* διέσιον *inter coniuges tantum.Et trãslatum vtrũque,*διέσιον*.vt eiuſdẽ nominis ſono muſico concentus* διὰ πασῶν *diuiditur,diuortium vt fundi & regiones diuiduntur aquarum diuortiis,vel vt menſores loquuntur diuergiis.M.Tullius.Neceſſitas cogit trãſlatione vti, vt nexũ quod per libram agitur,vt in vxore diuortiũ.Fit autẽ diuortium ex* XII.*vel ex lege Iulia teſtibus præſentibus & ſolemnibus verbis quaſi actus legitimus , qualia Titinnius ita notauit,Aliquis veſtrũ nuntiet Geminæ vt res ſuas procuret,ædibus faceſſat.& Apuleius.Tu confeſtim toro meo diuorte tibi, res tuas habeto. Mitto quæ alij notarunt . Et habetur pro contractu , vt diximus ſupra, atque ideò in ipſo diuortio pacta quæ fiunt , exiſtimo etiam ex parte actoris ineſſe , non etiam quæ fiunt poſt diuortium,vt ſi conueniat dotem reddi ſtatim non anua bima trima die.Cuiacius.*

r D *Irimitur.Captiuitate*.ſeruata diſtinctione inferioris.l.vt infra eod.l.vxores.Accurſius.

UNED

II. Gaivs *libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.*

DIuortium† autē vel à diuerſitate mentium dictū eſt,[a] vel quia in diuerſas partes eunt qui diſtrahunt matrimonium.

In repudiis[b] autem, id eſt renuntiatione, comprobata ſunt hæc verba, *Tuas res tibi habeto.*[c] item hæc, *Tuas res tibi agito.** In ſponſalibus quoque diſcutiendis placuit renuntiationem interuenire oportere: in qua re hæc verba probata ſunt: *Conditione*‡ *tua non vtor.* Siue autem ipſi præſenti[d] renuntietur, ſiue abſenti per eum[e] qui in poteſtate eius ſit,[f] cuiúſve[g] is eáve in poteſtate ſit, nihil intereſt.

III. Pavlvs *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

DIuortium non eſt verum, niſi quod animo perpetuam conſtituendi diſſentionem fit. itaque quidquid in calore iracundiæ vel fit vel dicitur, non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuit[h] iudicium animi fuiſſe. ideóque per calorem miſſo repudio, ſi breui reuerſa vxor eſt, nec diuortiſſe[i] videtur.

Ibi eſt dare priuationem, vbi eſt dare habitum. de quo plenè dixi in.l.decem.infra de verbo.obliga. Bartolus.

IIII. Vlpianvs *libro vicenſimoſexto ad Sabinum.*

IVlianus libro octauodecimo Digeſtorum quærit, an furioſa repudium mittere vel repudiari poſſit. & ſcribit, furioſam repudiari poſſe: quia ignorantis loco habetur. repudiare autem nō poſſe: neque ipſam propter demētiam, neque curatorem eius: patrem tamen eius nuntium mittere poſſe. quòd non tractaret de repudio, niſi conſtaret retineri[k] matrimonium. quæ ſententia mihi videtur vera.

V. Idem *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

SI filia emancipata idcircò diuerterat,* vt maritum lucro dotis adficiat,[l] patrem fraudet, qui profectitiam dotem potuit[m] petere, ſi conſtante matrimonio deceſſiſſet: [&] ideò patri ſuccurrendum eſt, ne dotem perdat. Nō enim minus patri quàm marito ſuccurrere prætorem oportet. danda igitur eſt ei dotis exactio, atque ſi conſtante matrimonio deceſsiſſet filia.

Quoad quid dicitur quaſi matrimonium: quoad quid non. Iſta lex eſt ſingularis. Baldus.

VI. Ivlianvs *libro ſexagenſimoſecundo Digeſtorum.*

